

Alte Drucke

Antiqvissima Theologia Positiva Primi Theologi, Adami Protoplasti, Juxta Revelationem Paradisiacam Jehovæ Elohim, Ex Genes. III. Per Dei Gratiam, ...

Deutschmann, Johann

Wittebergae, [1694]

SECTIO PRIOR DE POSITIVAE, VEL DIDACTICAE THEOLOGIAE ADAMICAE PRAECOGNITIS, VELPROLEGOMENIS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174445

IN NOMINE JESU !

ADAMI THEOLOGIA DIDACTICA, VEL POSITIVA,
POTISSIMUM EX CAP. III. GENESEOS LUCU-
LENTER DEMONSTRATA.

SECTIO PRIOR

DE POSITIVÆ, VEL DIDACTICÆ THEO-

LPGIÆ ADAMICÆ PRÆCOGNITIS, VEL
PROLEGOMENIS.

CAP. I. DE PRÆCOGNITIS, VEL PRIN-
CIPIS GENERALISSIMIS.

DISP. I.
Resp. M.
ABRAH.
HENR.
Deut. &
mañ/Fac.
Phil. Adj.

UNus sicut *DEus*, ita pariter unus *verus* de *DEO* sensus, ac
unus *DEi* cultus est. Est ille *primus*, est ipse *medius*, est
idem *novissimus*. Est *DEus aternus*, est *DEi mens aterna*,
simul in eadem *sensus aternus*, ac *aternus DEi cultus*: I-
dem est *Homo*, saltem *una* *Homini* creatio, pariter ejus *una* *semper*,
& eadem post lapsum *conditio*. *Messias unus*, & eadem ejus *operatio*,
vel *redemptio*. *Una DEi revelatio*, vel ejus *una*, quoad *substantiam*,
doctrina. *Unum Evangelium*, & in universum *unum DEi verbum*, *Lex*,
& *Evangelium*, *justitia*, *gratiæque*, vel *Misericordiæ verbum*. *Una fides*, &
eadem *semper* in *Ecclesia salutis* extitit *via*, vel eadem *semper*
viguit nostræ *salutis operatio*, *donatio*, vel *realis dispensatio*. Et hinc e-
tiam eadem *omnium fidelium*, & olim, & hodie, *meta* fuit, eadem
salus. *Paulus omnes* implicite, plerisque pariter explicite *gradus u-*
nitatis, & *identitatis*, conjungit, *Eph. IV. 1. 6. Obsecro vos ego vinctus in*
Domino, ut *dignè ambuletis vocatione*, qua *vocatis estis*, cum *omni humili-*
tate, & *mansuetudine*, cum *longanimitate* *supportantes invicem in chari-*
tate: *soliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis*. *Unum corpus*, & *unus*
Spiritus, sicut & *vocati in una spe vocationis vestra*. *Unus Dominus*, *una*
fides, *unum Baptisma*, *Unus Deus*, & *Pater omnium*, qui *super omnes*, &
per omnes, & *in omnibus vobis*. *Tempora diversa* quidem *extiterunt*, &
alia Veteris, *alia N. T. fuerunt*: *loci quoque*, vel *ipsa regna*, *suam*
diversitatem admiserunt: neque *semper iidem homines*, vel *popu-*
li, *veram*, & *salutarem de Deo*, nostraque *salute*, *doctrinam retinu-*
erunt, & *excoluerunt*: & in aliis *circumstantiis* *mira* fuit *varia-*
tio: sed *Doctrina salutis*, vel *Theologia*, quoad *substantiam*, *nulla* fuit
A unquam

Prefatio.

DE PRINCIPIIS GENERAL.

2
unquam varietas, semper una mansit identitas. Τὸ ἀληθὲς ἐν, τὸ
ἑὸν & πλοῦς, DEi Creatoris Veritas una, creaturæ falsitas va-
ria. Tempora, loca, vel alia circumstantiarum genera, fidei, vel Theo-
logiæ substantiam mutare non possunt. Una proinde Theologia
vere dicitur, quoad æternum apparatus, in Decretis divinis, quoad
externum statum, in libris authenticis, & quoad æviternum fatum, in
iudiciis divinis; illa sunt ante secula nobis prædestinata, I. Cor. II.
7. ista sunt intra secula revelata, Joh. I. 18. Heb. I. 1. hæc post se-
cula nobis destinata, Matth. XXV. 34. Hæc eadem Theologia Prima,
media, novissima. Fuit hæc Adami Patriarcharum, Prophetarum, Aposto-
lorum, & omnium Christianorum. Non igitur alia, quod Sociniani,
Arminiani cum aliis volunt, religio, vel Theologia fuit Adami, alia
Noachi, alia Abrahami. Alia Moysi, vel Prophetarum, alia Christi, vel
Apostolorum, alia nostra Theologia; sed una tantum Theologia.
Nos per DEi Gratiā, & Sancti Spiritus adfuentiam, modo Theo-
logiam Adami meditationibus nostris pie subijciemus. Adsit Je-
hova Elobim, Primus Theologia Conditor, & Autor, Pater luminum, à
quo descendit omne donū bonum desuper, Ἀγὼς, & Interpret Pa-
tris, æternus DEi Filius, Lux vera, quæ illuminat omnem hominem,
venientem in hunc mundum, Spiritus Dei, veræ lucis & illuminationis, &
cuncta suggerat, quæ faciunt ad Dei gloriam & Dei gloriosi
notitiam, eademq; dirigat ad nostram Salutem, ac τοῦ αἰῶνος. Fi-
at, in Nomine JESU, Fiat!

Methodus

I. Theologiam Adami primam, & purissimam ingressuris, ut præ
cunctis aliis τοιοῦτος progressus instituat, omnium com-
mendatissimum esse debet. Nam *Methodus* est *ansa* perspicuita-
tis, *via* facilitatis & *meta* felicitatis. *Methodus* est *ordo*, qui mater
est *vera distinctionis*, & *distinctæ perspicuitatis*, ut unum
post aliud distinctè percipere, verèq; tam singula, quàm
universa clarissime nos cognoscere valeamus. *Methodus* est *via*,
quam mira facilitate statim ingredimur, mera facilitate pariter
in eadem progredimur, & ad omnia tradenda, i. cognoscenda si-
ne difficultate digredimur. *Methodus* est *meta felicitatis*, quia per
methodum feliciter omni tractatione, quoad objectum traden-
dum, egredimur. *Ordine* pervenies, quo non datur ire labore.

*Oecono-
mia.*

2. Tota Theologia positiva communiter alias dispescitur in
partem *Extraessentialē*, de *Præcognitis*, vel *Principiis*, & *Essentialem* de
Christi-

ADAMI THEOLOGIÆ POSITIVÆ.

Christiane Religionis Myſteriis, vel ipsis Principiis, aut Articulis fidei.
 Qvoad *Adami Theologiam* non eqvidem formaliter hanc *Oecono-*
miam, Gen. III. legimus, *materialiter* tamen, sicut è seqq. luculenter
 apparebit, eam ibidem deprehendimus. Et sic ipso jure qvq;
 realiter *Adami Theologia* vere distribuitur in partem *Archontologi-*
cam, & *Pragmatologicam*, vel *Doctrinam de Principiis*, & *Principiis*.

3. *Adami Theologia* *præliminaria* varia considerare posset, mo- *Pars Præ-*
 do vero nostram operam dirigemus I. ad *Principia Generalissima*, *liminaria*.
 vel *Hypothetica*. II. ad *Principia Generalia*, vel *Thetica*. III. ad *Principia*
Specialia, vel *Exegetica*; prima sistunt *Hypotheses*, vel *Affertiones fun-*
amentales: Secunda nobis offerunt, *Theses*, vel *positiones de Natu-*
ra Theologie, sive *formales*, sive *materiales*; Tertia proferunt *Affertio-*
nes, & *Operationes* verè *formales*.

4. *Hypotheses* qvoad attinet, omnino videtur opus esse certis *Hypothesis*
Hypothesibus, cum multi sint revera, qvi negent certam, & perfe-
 ctam *Adami Theologiam*; longè plures ad minimum dubitent, an
 ea protoplastis in verbo Dei revelata fuerit; omnium plurimi
 vel nunquam, vel raro cogitent de *Theologia*, seu *fide*, vel etiam
 salute *Protoplastorum*.

5. Plurimas a *Hypotheses* notare, vel explicare, vel ad insti- *Prima.*
 tutum nostrum applicare possemus, sed modo paucis erimus
 contenti. Nam præsupponimus I. Unum esse Deum, omnis Theo-
 logia verum Autorem, *Jehovam Elohim*, Deum, qvoad *Essentiam Unum*,
 quia *Jehova*, simulq; qvoad *subsistentiam*, *Trinum*, cum sit *Elohim*,
Pater, *Filius*, & *Spiritus S.* Patebit hoc ex inferioribus, & hic etiam
 multis demonstrari posset, si frequentius idem inculcare velle-
 mus. Hic *Jehova Elohim* æqvè fuit in Paradiso, dum Gen. II. un-
 decies, &c. III. novies introducitur, & qvidem non tantum aliis
 respectibus, sed etiam sub hoc *formali respectu*, qvoad sit *Autor*
Theologie, dum *Protoplastis* non modo beneficia qvævis alia suæ
 post lapsum restaurationis contulit, sed etiam, instar *Autoris*,
Theologiam Messianam condidit, & obtulit, æqvè sicut hoc postea
 tum in V. tum in N. T. nunquam intermisit.

6. II. Hypothesis: Unum esse principalem *Theologia revelatorem*, Pa- *Secunda.*
 trem Matth. XVI. 17. *Filius*, Matth. XI. 27. Job. I. 18. & *Spiritus S.* qvi
Spiritus revelationis, Eph. I. 17. & nobis *mysteria*, vel *profunditates*
 Dei

DE PRINCIPIIS GENERAL.

Dei revelavit. 1. Cor. II. 10. Idem *Jehova Elohim*, tanquam *Theologia Revelator*, Gen. III. 8. seqq. post lapsum apparuit, & *Theologiam in Semine mulieris*, vel *Messia*, fundatam, primitus manifestavit.

Tertia.

7. III. *Hypothesis*: Unum esse *Principalem Theologiae Doctorem*, *Jehovam Elohim*, *Patrem*, *Filium*, & *Spiritum Sanctum*: Nam & *Pater* docuit olim per Prophetas, & novissime per *Filium*, Heb. I. 1. & *Filius* est *Doctor*, & *Magister*, sicut sapius in *Evangelistis* appellatur, & *Spiritus Sanctus docet omnia*. Job. XIV. 26. In *Schola Paradisiaca* non alius *Magister*, vel *Doctor*, adfuit protoplastis, quam *Jehova Elohim*, qui, tanquam *Autor omnis sapientiae*, protoplastos *Theologiam Salutis*, & docere potuit, & voluit, & actu pariter *Doctrinam fidei*, salutisq., seu veram *Theologiam*, proposuit.

Quarta.

8. IV. *Hypothesis*: Unum esse *Dei Verbum*, veræ *Theologiae Messianæ*, vel *Christiane*, *Principium*. Hoc apud nos *Christianos* extra controversiam positum est, & post hæc probabitur. Hic sufficiat illud, quod sit *πρῶτον ὕμνος* II. Petr. I. 20. Tale quoque *Principium* protoplastis extitit *Dei verbum*, cum ex verbo *Dei revelato*, vel ab ipso *Deo prædicato*, tum omnem *Theologicam notitiam*, tum omnem *fidei confidentiam*, tum omnem *salutis te-
γαρία*, realiter acceperint.

*Una Fidei
doctrina.*

9. V. *Hypothesis*: Unam esse *Fidem*, vel *fidei Doctrinam*, quæ materialiter constituit, & absolvit, veram *Theologiam*, Eph. IV. 5. cum unum, & idem sit *Dei Verbum*, quod est *Fidei Verbum*, Rom. X. 8. una *Doctrina* de *Messia*, de quo scripturæ V. T. sunt testatæ, Psalm. XL. 8. & scripturæ quoque N. T. *Testimonium* idem perhibuerunt. Job. V. 39. *Adamus* æque doctrinam de *Messia*, quoad rem, habuit revelatam, quod sit *Semen mulieris*, verus *Homo*, verusque *Deus*, & conculcator *serpentini capitis*, Gen. III. 15. verus *Θεὸς ὁ ἀληθινός*, seu *Vir Jehova*, Gen. IV. 1. *maledictionem* omnem à miseris peccatoribus sublaturus, & *benedictionem*, atque consolationem omnem collaturus, c. V. 29. sicut *Apostoli* tempore N. T. doctrinam hanc omnibus gentibus, per universum terrarum orbem, prædicarunt, & populis omnibus publicarunt.

Sexta.

10. VI. *Hypothesis*: Unam esse *Dei gratiam*, vel *misericordiam Dei Patris* erga peccatores omnes, tum *primos* ante diluvium, tum *medios*

ADAMI THEOLOGIE POSITIVÆ.

medios ad Christum quoque, tum novissimos, ad seculi consummationem usque, quia cunctis hominibus apparuit ἡ χάρις ἡ σὺν ἡμῖν ἡ χάρις illa gratia, quæ salutaris, Tit. II. ii. & Deus conclusit omnes sub incredulitatem, ut omnium miseretur Rom. XI. 32. Per hanc gratiam Adamus salvatus est, & Noa cum omnibus Patriarchis, cum omnibus Prophetis, & aliis fidelibus V. T. & eadem gratia salvamur nos omnes in N. T. sicut & illi salvati sunt in V. T. juxta decisionem Apostolicam in primo Concilio Hierosolymitano, Act. XV. ii.

11. VII. Hypothesis: Unum esse Messiam, & Redemptorem Generis VII. Unus Humani, vel omnium in universum peccatorum, & unum ejus Messias, lytrum, vel meritum; sicut enim unus Deus; ita pariter unus est Dei Mediator & Hominum, Homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum λύτρον pro omnibus, I. Tim. II. 5. cum non sit aliud sub cælo nomen datum hominibus, in quo nos oporteat salvari, præter nomen Jesu, Act. IV. 12.

12. IIX. Hypothesis: Hinc unum esse totius Theologie, totius Ecclesiæ, totius fidei Christiana fundamentum, Jesum Christum: Nam aliud fundamentum poni neque potest, neque debet, præter id, quod positum est, quod est Jesus Christus, I. Cor. III. 11. unus Messias, quem Moses, & Prophetæ prædixerunt venturum, Joh. I. 41. 42. & de quo tempore N. T. concordibus præconiis Apostoli testati sunt, Joh. XV. 27.

13. IX. Hypothesis: Unam esse veram ad regnum Messia, sive gratiæ vocationem, siquidem Paterfamilias in magno mundi die per omnes horas, à summo mane, usque ad vesperam, exiit ad vocandos, & conducendos operarios in vineam suam, Matth. XX. 1. seqq. & hac vocatione vocatus est Adam, Gen. III. 8. Noachus, cum reliquis Patriarchis, Prophetæ cum omnibus fidelibus V. T. Christus etiam tempore Novi Testamenti vocavit omnes, Matth. XI. 28. & per Apostolos omnes vocare jussit. Matt. XXII. 16. Marc. XVI. 15. Luc. XXIV. 47. Conf. Act. II. 5. seqq. XVII. 30. & c.

14. X. Hypothesis: Unam, & eandem esse rationem justificandi, X. Una justificationem per remissionem peccatorum, vel malorum sublationem, & impu- justificationem rationem justitiæ Christi, vel bonorum collationem: Sic justificatus est Adam, juxta Protevangelium, secundum quod raptori bonorum, serpenti paradisiaco, conculcatum est caput, & hoc destructo, sublatum omne Diaboli malum, ipsum etiam peccatum, quod ali-

as separat inter Deum, & peccatores, *Esā. LIX. 2. & Semen mulieris, & vite, justitiæ, bonū ipsi communicatum. Eodem modo justificatus est Abraham, Pater credentium, Rom. IV. 11. cui Messias ipse dicebat, Gen. XV. 1. Abram, noli timere, Ego sum scutum tuum, & merces tua magna nimis: Scutum adversus Diabolum, peccatum, infernum, & omnes hostes, in primis spirituales, & sic fit scutum, & remissio peccatorum; Merces autem vite, veræ, justitiæ, coram Deo valentis: noli timere per *μεσω* idem est, quod crede: Credere verò debebat Messiam scutum, hoc est, remissionem peccatorum; Messiam etiam mercedem, hoc est, vitam & justitiā: Jam autem in peccatorum remissione, justitiæq; Messæ imputatione, consistit tota justificatio, quia Christus nobis factus est justitia I. Cor. I. 30.*

XI. Una
salus,

15. XI. Hypothesis: Unam & eandem esse salutem, quæ fit finis fidei justificantis, quam reportabunt omnes animæ fideles, I. Pet. I. 9. de qua salute exquisiverunt, & scrutati sunt Prophetæ, (vel in genere, quales etiam Patriarchæ, vel etiam simul Patriarchæ cum Prophetis, vel ante prophetas eandem Salutem desiderarunt, & cum Jacobo moribundo suspiriis ardentissimis exoptarunt Gen. XLIX. 18. *Jehova, expecto salutare tuum*) qui de futura gratia (salutis per Messiam) in nobis prophetarunt: Et Apostoli pariter eandem annunciarunt, V. II. 12.

XII. Una fi-
des salvi-
ca.

16. XII. Hypothesis: Unam esse fidem salvificam à temporibus Adami, per omnia secula seculorum, usq; ad seculi consummationem, sicut patet ex insigni catalogo fidelium, Hebr. XI. i. seqq. ubi Spiritus Sanctus præmittit v. 1. *θεω* & *πιστι* fidei, per accuratam descriptionem, vid. Theol. Bibl. in *Orcon. Spiritus S. Disp. de h. l.* Subjungit mox *Exegesi*, & *δείξω*, per Catholicam exemplorum credentium inductionem, à temporibus Adami, quo respectu fidem salvificam fidelis Abelis introducit, & postea secula reliqua V. T. transis, & ad N. T. tempora seu fideles pergit, ac fidei justificantis identitatem, in V. & N. T. luculenter ostendit.

XIII. Una
fidei do-
ctrina.

17. XIII. Hypothesis: Unam esse veram Ecclesiam Veteris & N. Testamenti, vel Adami, & nostram: Nam tempore tum Adami, tum Patriarcharum, tum Prophetarum, fuit Ecclesia Messiana, quæ statim in Paradiso fuit reipsa fundata, per omnia secula pari-
ter

ter in eodem continuata: Sed in N. T. datur *Ecclesia Christiana*; jam verò notum est, quod *Messias* & *Christus* sint synonyma, sicut ipse Spiritus Sanctus indicat, *Job. I. 41.*

18. XIV. *Hypothesis: Spiritum Sanctum* non tantum esse *Theologia-* XIV. *Unus*
primarium Autorem, quia non unquam ex humana voluntate prop- *interpres.*
phetiam, vel Theologiam allatam, *Petrus* inquit, sed S. Dei Homi-
nes, vel Theologi, cum primis extraordinarii, locuti sunt a Spiri-
tu S. ducti, vel impuls, II. *Petr. I. 2. Matt. X. 19. 20.* utpote qui *τὸ ῥή-*
& τὸ πῶς, materiale & formale, objectum, modumq. proponendi, per di-
ctaturam suam communicavit: sed etiam *primarium interpre-*
tem II. *Petr. I. 20.* cum prophetia non sit *idēas*, sed *betas*, non hu-
manæ, sed divinæ *ἑρμηνείας*, dum quilibet optimus verborum suorum
est *interpres. Spiritus autem Dei*, vel illuminantis gratiæ, seu
Theologiæ, statim adfuit Protoplastis, *Gen. III. 8.* & Theologiæ
lucem evidenter, vel sufficienter in cordibus ipsorum accendit,
ut Theologiam vitæ salutaris Adam statim profiteri potuerit, v. 20.

19. XV. *Hypothesis: Adamum* non tantum fuisse *primum Occo-* XV. *Adam*
nomum, quoad familiam, vel *primum Regem*, atq; *Monarcham*, quo- *primus E-*
ad Politiam, vel bonum publicum, sed etiam *primum Episcopum*, *piscopus.*
quoad *Ecclesiam*. Nam fuit ipse *primus Theologia studiosus*, vel
scholasticus, qui Theologicas Dei scholas visitavit, & ex ipsis le-
ctionibus *summi Theologi*, *Iehovæ Elohim*, sibi Theologiæ notiti-
am comparavit. (b) *Primus Theologus*, vel *Theologiæ Doctor*, & *Theologus.*
Professor, v. 20. quia professus est *Theologiam vitæ, iustitiæq. Messia-*
næ, per Symbolicam Theologiam Nominis Evæ. (c) *Primus Pro-*
pheta, qui Prophetiā de Messia, v. 15. de Ecclesia, de militantis Eccle-
siæ sub cruce statu, v. 16. de varia fortuna, & ipsa morte v. 17. 18.
19. &c. primum suis posteris prædicavit: (d) *Primus Sacerdos*, qui
primum à Messia; tanquam summo sacerdote, sacrificandi mo-
dum vidit, & ex vocatione *Messia Sacerdotis* munus hoc sacrum
accepit, & tanquam successor, & vicarius ejus, sacrificandi mo-
rem administravit, & ad posteros propagavit, *Gen. IV. 4.*

20. XVI. *Hypothesis: Theologicam notitiam*, quoad veram evi- XVI. *Noti-*
dentiam, & sufficientiam, non tam ab *informatis*, quam ab *tia est In-*
ipsamet informatione pendere, cum primis in extraordi- *formatio.*
naria tum, illuminatione, tum informatione: Siquidem cer-
tum

8
tum est, quod informari se habeant *passive*, sed informatio sit *actio*, respectu *Adami*: tum *actio Dei*, principaliter informantis, & mentes illuminantis, atq; mysteria communicantis; tum *actio verbi*, minus principaliter, vel instrumentaliter informantis, & instar *lucis & luminis* tenebricosas Protoplastorum mentes illustrantis, &c.

XVII. *Adami*

mi rerum
divinarum
cura.

21. XVII. Hypothesis: *Adamum*, & *Evam*, vere non tantum sui corporis, sed etiam anime; non tantum rerum externarum, sed etiam internarum, non tantum mundi, sed etiam Dei, non tantum presentis, sed etiam futurae vitae rationem habuisse, sicut hodie veri *Christiani* corporali, spiritualium & coelestium curam debitam necessario suscipiunt.

XIIX. *Adami*

mi primus
Philosoph.

22. XIIX. Hypothesis: *Adamum* non tantum fuisse primum Philosophum, sed etiam primum Theologum, adeoque fideliter suis posteris, & primam Philosophiam, & primam Theologiam communicasse. De communicatione Philosophiae res certa, cum *Agriculturam*, & vegetabilium naturam, atque curam primogenito *Caino*, & *Abeli* pastori-
tiam artem, & animalium accuratam cognitionem & culturam docuerit, siquidem *Abel* Pastor ovium, sed *Cain* agricola fuit; Gen. IV. 2. uterque per manuductionem, a Patre potissimum, suam professionem accepit; multo magis autem *Adamus* religionis maximam rationem habuit, ut ad posteros eam propagaret, & inter homines studiosè conservaret.

XIX. *Primus*

Theo-
logus.

23. XIX. Sic *Adamus* revera primus fuit Theologus (1) quoad evidentem revelationem, quia *Jehova Elohim* solus eidem omnem Theologiam revelavit. (2.) quoad sufficientem informationem: *Jehova Elohim* *Adami* fuit Informator, & Praceptor: aut igitur, Informatio Dei perfecta fuit, aut imperfecta: Sed injuriosum est in summum, maximum, & optimum Informatorem, eidem imperfectam informationem tribuere: vere proinde perfecta fuit

XX. *Longe*
vitate Pa-
triarchis
propter
Theologie
propagati-
onem con-
cessam.

hac informatio protoplastorum. (3.) quoad plenam vitam, vel etiam Theologiae vivificam professionem, v. 20. Vid. Primus Theologus, & Professor, *Adam*. *Disput. pecul.*

24. XX. Longevitate *Adami*, sicut, & reliquis Patriarchis, per divinam gratiam, concessam esse, non tantum ut varias ar-
tem con-
cessam. Dei cultum exornarent, & ad posteritatem propagarent. &c.

DE NATURA THEOL. POSIT. ADAMI
INGENERE.ISP. II.
Resp.
M.HER-
MANN O
VWITTE.
COLLEG.
PHIL. ADJ.

Vidimus Hypotheses Disput. I. Generales, nunc etiam se-
quuntur THESES Generales, de Natura Theologiae in genere,
quia natura Theologiae, vel consideratur conjunctim, quoad
ὅλως, per Definitionem, vel disjunctim, quoad διανομίαν,
per Divisionem: in priori natura Theologia traditur ὁλως, vel tota-
liter, in posteriori μερικώς, vel partialiter.

Theses.

2. Definitio Theologiae Positivae Adami non obscure patet ex
Gen. III. 15. seqq. ex quo facile colligitur, quod Theologia Adami Po-
sitiva sit habitus Practicus deōsoros, quoad verè credenda, de vera per
Messiam religione, quae peccator homo post lapsum, per fidem in Messiam,
ad salutem aeternam deducendus.

Definitio.

3. In hac Definitione brevi duo potissimum occurrunt, Defi-
nitum, & ipsa Definitio. Definitum est terminus, non simplex, & in-
complexus, sed complexus, & compositus, Theologia Positiva Adami. Di-
citur (1) Theologia, ratione Materialis, quia doctrinam, vel tra-
ctationem de DEO tradit. (2) Positiva, ratione formalis, quia theti-
ca, vel positiva methodo procedit, & per theses, atque positiones totam
de Deo doctrinam exponit. (3) Adami, ratione finis, & Efficientis,
quia tradita fuit hæc positiva Theologia non ad alium finem, quam
ut Adamus ex ea sufficienter doctrinam de Deo cognosceret, &
postea pariter aliis eam, instar Doctoris, & Theologi, proponeret.
Emphaticus inde titulus dicitur, qui causas omnes complectitur.

Definitum.

4. Quod attinet (a) Theologia vocem, communiter ea, tum
quoad Etymologiam, tum quoad Homonymiam, tum quoad Synony-
miam declaratur; illa tradit ortum, ista statum, atque sensum, hæc
usum: illa vocem à priori, quoad natales, & derivationem, ista
mox à formali, quoad formam, & significationem, hæc quoad fi-
nem

Onomato-
logia.

nem, & usurpationem considerat: Illa fieri notat, ista rē esse, hac rē operari. &c.

Etymologia.

Hebraicum
Nomen.

Positiva.

5. *Etymologia* vocis Theologiae, nec in *Adami Doctrina*, nec in ejus *historia*, nec in *revelatione* divina, propter *Adamum* facta, nec in ejus *lingua* reperitur. Theologia vox graecae dicitur originis, sed *Adami* tempore *Graecae linguae* nondum fuit, sed *Hebraea* sola floruit: nullatenus igitur *Adami* temporibus extare, vel in *Adami Scholis* vox Theologiae sonare potuit. *Lingvarum* variatio, vel multiplicatio, consequenter *Graecae Linguae* cum aliis, praeter *Hebraeam*, usurpatio, demum post diluvium coepit, *Gen. XI.* Loco *Graci Nominis* igitur *Hebraeum* producimus. Theologia vocatur *Hebraeis* חכמה הרבירה Sapiencia Verborum, nim. Dei, vel חכמה תאליה, talium, vel etiam Sapiencia dogmatum sacrorum Sapiencia sacrorum Mysteriorum. Nam חכמה, Sapiencia, protoplastis à Deo fuit concreata, beneficio divinae imaginis, post amissionem vero per lapsum à Deo per illuminationem Spiritus Sancti restaurata, qui postliminio Sapienciae lucem in mentibus, & cordibus protoplastorum evidenter accendit. חכמה ד-י Verba D-i, חכמה תאליה, non semel *Adamus* in statu perfectionis, cum primis in Sapiencia legis, audiverat, nunc autem denuo, quoad *Messiae revelationem*, in *Evangelii*, seu prophetias verbo percipiebat: Vel etiam dogmata *Messianae fidei*, Mysteria *Messianae Salutis*, Capita *paradisiacae Theologiae* non aliunde, quam ex primo, vel summo Theologo, *Jehova Elohim, Deo*, quoad *Essentiam Uno*, quoad *substantias Trino*, percipiebat, & inde Theologicam Sapienciam mente sua concipiebat, atque vere cognoscebat. Ex his facile patet, quod hic Theologiae Titulus, vel aliq. huic similis *Adamo* nec incognitus, nec inusitatus fuerit, cum omnino certum nomen *Doctrinae fidei*, vel *Salutis* habuerit, quo tunc ipsemet eam nominavit, vel in mente sua conservavit, simulque suis posteris eam commendavit, & communicavit.

6. (b) Vocem Positiva Theologiae, nec ista vox in Theologia, vel doctrina, vel historia protoplastorum invenitur. Facile tamen ex illustri Theologiae Titulo *Hebraeo* colligitur, dum חכמה Sapiencia theses, vel themata, דבריה verbales, & doctrinales positiones innuere

ADAMI IN GENERE.

nuere videntur. Dicitur igitur hæc *Adami Theologia* verè *positiva* (1) *ratione formalis positivi termini*, quia *ratione Theologiæ* revelandæ verbum *אֵשֶׁת* adhibetur: *Ego ponam*: Verbum autem *שֵׁת* *positivum* intendit, & attendit, nominat, & significat, assert, offert, & infert *positivum*: In hoc enim versiculo *Theologia Mes- sianorum, vel Christianorum* primum fundatur, & promulgatur. (2) *Ratione positivi principii*, quod est *Jehova Elohim*, qui *Theologi- am* nostram, & tunc *Adamicam*, verbis versiculi præsentis impo- suit, ipsam *Theologiam*, quoad *Præcipuas partes*, composuit, *Ad- damo*, primo *Theologo*, revelando, proposuit, & sic *materialiter*, vel *doctrinaliter*, evidenter, ac sufficienter exposuit. (3) *Ratione po- sitivi medii*, quod sunt *הַרְבֵּי*, quæ sono, sensuq; satis empha- tico, proferuntur, & ad *Theologiæ constitutionem*, & communi- cationem *positivè* proponuntur: Vel *וְאָמַר* ex illo *וְאָמַר* *וְאָמַר*, Et dixit *Jehova Elohim*, quod oraculo fundamen- tali præmittitur, & sæpius in hoc capite ponendo repetitur: hæc enim verba non fuerunt *hominis*, qui fuit *auditor*, & *discipulus*, nec *Angeli*, qui fuit *spectator*, & *contemplator*, vel *admirator*, sed ipsi- us *Dei*, adeoq; fuerunt verba non *vulgaria*, sed *singularia*, non *ociosa* sed *operosa*, non *vaga*, sed *fixa*, non *transitiva*, sed *positiva*, quia manent in æternū, *Eccl. XL. 8.* Breviter sunt *אֵלֶּיךָ* verba, quod emphaticū *אֵלֶּיךָ* præfixum designat, verba centralia, verba funda- mentalia, verba cardinalia, verba principalia, verba verè *positi- va*. (4) *ratione positivi objecti*, quia *רַבֵּר* non tantum *ῥῆμα*, sed etiam *ῥῆμα*, non nuda verba, sed etiam *realia dogmata* significat, adeoque *materialiter* sic ipsa *Capita fidei positiva*, ipsa *mysteria regni cælorum positiva*, ipsa *membra Theologiæ positivæ* sistuntur, & ab ipso *Jehova Elohim* firmissime ponuntur. (5) *ratione positivi modi*, quia *dogmata* talia non *confusè*, sed *distinctè*, vel *ordinatè*, non *obscurè*, sed *perspicuè*, non *superficialiter*, sed *omnisapienter*, non *insufficienter*, sed *sufficienter*, non *ἀμεθόδως*, sed *ἐν μεθόδῳ*, quoad omnia *Theologia Adamice capita*, per *authenticas theses*, & *canonicas positiones* tradun- tur, fructuose per *Summā Theologum*, *Jehovam Elohim*, digeruntur, ac *mentibus protoplastorum* inferuntur, ut inde verè *sapientia fidei*, vel

vel

salutis, in cordibus ipsorum locum, atq; sedem inveniatur (6) *Ratione positivi Scopii*, quia ponitur hæc *Adami Theologia* tum ad *fidem*, tum ad *salutem*, ratione *nostri*, tum ad *θεωωρίαν*, tum ad *Christosophiam*, ejusq; gloriã, ratione *DEi*; &c. quã ratione rursus *Theologia positiva* rectissime dicitur (7) *Ratione positivi oppositi*, quia certum est, quod ipse *Diabolus* suam *Matæologian*, & *Pseudologia*, καὶ δὲ διὰ πῶς οὐκ ὀψοῦντος opposuerit, & nostris protoplastis omnium *hæresum Seminarium* obtruserit Nam *Matæologia Cacademonis*, & *Theologia Numinis* verè sunt opposita: Jam *opposita*, juxta se posita, magis elucescunt, magis innotescunt.

Adami Theologia-jetti [7](c) *Adami* deniq; dicitur *Positiva Theologia*, tum ratione *sub-*
jecti, quia nim. potissimum *Adamo Theologia* hæc fuit *revelata*, vel *destinata*, vel *dedicata*, quo nim. ipse, tanquam studiosus, hanc *Theologiam* disceret, & cognosceret, eamq; tum ad *fidem*, tum ad *salutem*, sibi familiarissimã redderet; tum ratione *scopi*, quia finis cui hujus *Theologiæ* fuit *Adamus peccator*, cum omnibus posteris: tum ratione *ministerii*, vel *ministerialis officii*, quo *Theologiam* hanc *Adamus* non modo disceret, sed eam etiam doceret, suis posteris proponeret, in doctrina *Theologica* cunctos peccatores, instar *Propheta*, vel *Doctõris*, instrueret, ac eandem ad posteritatem omnem traduceret. [4] *Ratione positivi Effecti*, quo *Theologia* præsens *Adamum* vere *Theologum* efficeret, & fructum *Theologiæ*, videl. veram *Fidem*, & omnem salutem in eo produceret.

[8] Quoad *Homonymiam* observandum, quod proh dolor! juxta *Gen. III.* dicatur *equivoce* חכמה הורכי Theologia, vel *sapientia doctrinalis*; [1] *pro vera Theologia*, quæ divinæ dicitur veritatis, revelationis & originis, & à *Jehova Elohim* tradita. [2.] *pro falsa*, vel *apparenre Theologia*, quæ *Diabolo*, Patri mendacii, *Joh. IIX. 44.* suos debet natales, *Gen. III. 1. seqq.* Quod autem *Protoplasti Matæologian* *Diaboli* pro חכמה הורכי vel *sapientia doctrinali* habuerint, patet [1] *Ex Doctõris matæologi descriptione*, quod serpens callidissimq; extiterit. (2) *ex hujus Doctõris Matæologi*, vel *mendacii*, admissione, quia post habito Doctõre, Deo, Doctõrẽ *Diabolũ* admiserunt. [3] *ex Matæologias auscultatione*, quæ con-

con-

confistebat in oppositione verbi Dei, & verbi Diaboli. [4] ex Diabolica mataeologia approbatione. [5] ex obsecutione, &c. Sed Pseudologia Diabolica positio nihil aliud est, quàm veræ Theologia Dei remotio, seu realis destructio.

9. Huc etiā, quoad Theologiam positivam Adami, referuntur distinctiones aliæ nominales [1] ratione principii, Theologia Adami vel est Dei, vel Diaboli, alia Numinis, alia Cacodæmonis. [2] Ratione mediū, alia pendet ex Dei verbo, seu veriloquio, alia dependet ex Diaboli verbo, seu falsiloquio. [3] Ratione objecti, sic alia versatur circa dogmata fidei, alia circa dogmata incredulitatis; alia circa Salutem, alia circa damnationem; alia circa veritatem, alia circa vanitatem. [4] Ratione modi communicandi, sic alia dicitur revelationis, alia seductionis, vel deceptionis: alia concreta, alia per tentationem collata, alia per revelationem communicata. [5] Ratione modi essendi, sic alia consistit in vera & divina sapientia, alia in insipientia, vel ignorantia. [6] Ratione scopi, quod alia sit salutifera, alia mortifera; alia salutaris, alia damnabilis, &c. [7] Ratione subjecti, sic alia dicitur integri, alia corrupti, alia restaurati hominis. [8] Ratione methodi, sic alia dicitur sophistica, quo pacto serpens brevissimis verbis omnes sophisticationes inclusit; alia methodica, dum ordinatissimam methodum adhibuit, quoad Legem, & Evangelium; quoad contritionem, & fidem; quoad partes adequatas Theologiae, dum finem, subjectum, & Oeconomiam principiorum, & mediorum proposuit. [9] Ratione Status, sic alia refertur ad Statum perfectionis, alia ad Statum defectionis, alia ad statum refectionis. [10] Ratione fructus, sic alia dicitur damnosa, dum parit ruborem, pudorem, timorem, pavorem, horrorem: alia fructuosa, dum parit fidem, & parrhesiam, salutem & εὐδαιμονίαν, gratiam, & gloriam, &c.

Alia Distinctiones Nominales.

10. Quoad Synonymiam varia notare possemus: Sed unicum modo sufficiat: II. Paral. XII. 12. כְּרִים טוֹבִים introducuntur: In Juda, [scilicet: respectu vitulorum, & errorum Jeroboami,] inventa sunt verba bona, כְּרִים טוֹבִים, (nim. dogmata veræ religionis, opera veri cultus divini, dogmata veræ Religionis) ideo aversa est ira Domini ab eis. Sic de Josaphato, veræ Religionis, veræque cultui Dei semper addicto, dicitur à Jehu Propheta: Deba-

rimovim, bona verba, religionis vere dogmata, bona cultus opera, inventa sunt in te, eo quod abstuleris luceos de terra Juda, & preparaveris cor tuum, ut requireres Dominum Deum. II. Paral. XIX. 3. His opponuntur רעים רכרים II. Reg. XVII. 11. mala verba, falsa dogmata, pessimi errores, vani, vel irreligiosi cultus, qui tribuuntur primis Samaritanis, quoad corruptionem Theologiae Israeliticae. Sic Gen. III. habemus Diaboli רעים רכרים, Maledictionem Serpentis, Vanitatis, vel mendacii, & Theologiam divinæ Veritatis Jehovah Elohim, de semine Mulieris, & ejus mysteriis.

11. Circa Definitionem ipsam notabimus: (1) Definitionis, & totius Theologiae fontes, ex quibus Adami Theologia, tanquam per canales, deducitur. (2) Definitionis partes, quibus ipsa Definitio constituitur, & absolvitur.

Fontes im-

mediati,

Alphabetum

Gen. III.

12. Theologiae fontes alii sunt immediati, qui *περίωτοι, & ἀμέ-*
σους, doctrinam Adamice Theologiae scaturiunt, & in cap. III. Geneseos
reperiuntur, quod jure dicitur Corpus omnis Theologiae, vel ut alibi
per totum Alphabetum ejus encomia collegimus, dum est (a) Alpha-
betum Biblicum, ex quo tota Scriptura, tota Theologia construitur,
Aurifodina doctrinae spiritualis, Ars Artium, &c. (b) Bibliotheca
Bibliothecarum, Biblia parva, Biblia paradisiaca, &c. (c) Corpus Doctrinae,
Corpus Catholicum, Corpus Canonicum, Canon primus, & authent-
ticus Patriarcharum, &c. (d) Doctrina Doctrinarum, Doctrina primiti-
va, Doctrina fundamentalis, &c. (e) Epitome scripturae totius, Epitome
Theologiae totius, Epitome Doctrinarum, Exemplar primum Theologiae &c.
(f) Fundamenti Fundamentorum, Fundamentum Doctrinae Catholicæ, Fun-
damentum Canonici, &c. (g) Genealogia Christiana Religionis, Gemma
Gemmarum, Genus Doctrinae cardinale &c. (h) Helicon Sancti Spiritus,
Hortus Biblicus, Hortus divitiarum Theologicarum, Hortus spiritualis
Voluptatis, &c. (i) Janus bifrons, respectu status Integritatis, & Corru-
ptionis, Ideæ totius Theologiae, Jus primum Canonicum, Jus Catho-
licum, &c. (k) Kalendarium universale, Kalenda Catholica, Kalenda
regni Gratia, &c. (l) Liber viæ, Lux in tenebris, Lucerna prima, vel pri-
mitiva gratia, Lex prima fidei Christianæ, Lex Catholica, Lumen Spiritus
Diei, Lux prima Christianismi, &c. (m) Medulla Theologiae, Mater, &
Radix Theosophiæ, Mare sapientiæ Theologicae, &c. (n) Nucleus Scriptu-
re,

ADAMI IN GENERE.

15

ae, Nucleus Theologiae, Nux verbi. (o) Oceanus Sapientiae, vel Doctrinae Salutis (p) Promtuarium scientiae Theologicae, Paradisus Doctrinae &c. (q) Quaestorium Regni caelorum, vel Messiae, vel Castrorum Messiae, Quaestura Theologiae, Quodlibetharium Catholicum &c. (r) Regnum Dei, Regnum Messiae, Regnum Gratiae, Radix Theologiae, Rationes scripturae, vel etiam Theologiae Catholicae, &c. (s) Sanctuarium primum, Catholicum, perpetuum, Sapientia sapientiarum, Summariū salutiferæ doctrinae, Scripturae, totius Theologiae, Scala Messiae, per quā ipse de caelo descendit, peccator adscendit, Schola universalis, Studiū Universale, Seminarium Christianum, Schematismus Ecclesiae, Scaturigo Salutis, Systema Theologiae Paradisiacae, Synagoga doctrinae salutiferæ, Sanctus Sanctorum Paradisiacum, &c. (t) Thesaurus Thesaurorum, Tabulae Oeconomias divinae, Templum Messiae, Templum Doctrinae, Theatrum Ecclesiae, Thesis credendorum, &c. (u) Vademecum Theologiae primum, & paradisiacum, Vallum Ecclesiae inexpugnabile, Vadimonium securitatis spiritualis, Vena Salutis, Velum felicitatis, Victoria malorum, &c. (x) Xenium primum Caeli, Xenium Trinitatis paradisiacum, Salutis, felicitatis &c. (z) Zelus Messiae, contra Draconem, perpetuus Zephyrus Gratiae Catholicus, Zodiacus Ecclesiae, Solis Iustitiae &c.

13. Alii fontes sunt mediatī, qui de utroque, & e iuxta utroque ad largissimum Adamicæ Theologiae fluxum concurrunt, quales sunt vel anteriores, Gen. II. & III. vel posteriores partim Scripturae Historiae Antediluvianae c. IV. V. VI. partim Scripturae Historiae postdiluvianae, cum primis quoad Doctrinam Patriarcharum c. IIX. IX. seqq. partim quoad Doctrinam Moysis, & Prophetarum in Theologia Israelitarum, cum Israelitarum Ecclesia firma custodia doctrinam, & fidem Patriarcharum per omnia Secula V.T. propagavit.

Mediatī.

14. Doctrina partes in Definitione sunt Genus, & Differentia. Genus est habitus Practicus beatus &c. Habitudo est Theologia, Heb. V. 14. & hic apud Adamum habitus nec erat concretus, neque comparatus; sed communicatus, vel infusus intelligitur, cum Spiritus Dei gratia nesciat tarda molimina: Sic & protoplasti peccatores maxime confusi, vel consternati, ne utiqueam citra peculiarem illuminationem, & gratiosam infusionem tot, & tanta mysteria simul & semel, concipere & cognoscere potuissent. Practicus est habitus ad fidem, & salutem Joh. V. 34. 39.

Partes De-

initionis.

Genus.

Habitudo.

Practicus.

II. Tim.

II. Tim. III. 15. sic etiam propterea Theologia fuit, Adamo tradita, *nim.* ut in Deum, verumq; Semen mulieris, crederet, sicut de Abrahamo Gen. XV. 6. dicitur, per fidem Messiam, velut scutum, & mercedem, v. 1. ad salutem æternam possideret, atqve per Theologiam suam perpetuum bellum contra serpentem gereret, per fidem potestatem omnem mortis, & inferni vinceret, Gen. III. 15. ac in Messia triumphum omnem obtineret.

*Differentia
ab Efficien-
te.*

15. *Differentia* desumpta dicitur à *Causis*: (1) ab Efficiente, quando vocatur Θεός, & qvòd probatur (a) per causam divinam, quia Jehova Elobim Autor, revelator, & Doctor est hujus Theologiæ (b) per materiam divinam, quia tradit la Beia, mysteria divina, quæ nemo, nisi Deus solus, tradere potest. (c) per formam divinam, quæ dicitur inspiratio, vel etiam revelatio, seu communicatio divina. (d) per metam divinam, quia peccatores, à Deo prorsus alieni, cum eodem redunire, totumqve negotium salutis aperire deprehenditur, ut peccator Deo reconcilietur, & salvetur.

Materia.

16. (2) A Materia, quæ dicitur vel ex quâ, *nim.* omnia credenda, quæ proposita sunt Adamo, vel articuli fidei, primæ Theologiæ destinati, quibus Adam Theologia materialiter constare deprehenditur; vel circa quam, religio vera, in Messia, vel Semine mulieris fundata; v. 15. vel in qua, Peccator homo, in quem per media Theologica finis introducendus.

Forma.

17. [3] A Forma, quæ dicitur habitus doctrine huius Theologica, peccatorem ad finem, per veram in Messiam fidem deducens, cum ea sit formalis Theologorum operatio, quæ formaliter ipsam habitum practicum constituere dicitur, cum Theologiæ practicæ det esse, det distingui, det operari.

Finis.

18. (4) A Fine, quæ dicitur ipsa vita, vel salus æterna, siquidem per hanc Theologiam Adamus cum omnibus posteris è laqueis mortis præsentissime ereptus, è Candidato mortis æternæ vitæ Candidatus factus, & in ipsam vitam æternam deductus est.

*Alia Definitio ex
Gen. III. 19.*

19. Alibi Definitionem hujus Theologiæ deduximus ex ipsis verbis: Gen. III. 15. quod Theologia sit sapientia Dei positiva de salute Peccatorum in Messia fundata, & ad inimicitias contra Diabolum per verbum posita. De hac nihil addere licet.

20. Quoad Divisionem Adam Theologia Positiva distribuitur in Positivam Archontologiam, vel Doctrinam de Principiis, & δογματολογία, vel doctrinam de Principiis, seu Regni Mysteriis Cælorum, aut Articulis fidei.

DE ARCHONTOLOGIA VERBORUM,
SEU PRINCIPIORUM MATERIALIUM.

DISP. III.
Resp. M.
Joh. Gott.
lob Stolze
FACULT.
PHILOS.
ADJUNCT.
Varia Di-
visions

Variae quidem sunt apud Autores Theologiae Divisiones, quas saepius adduximus: hic eas iterum colligere nolumus. Disputatione praecedenti Theologiam Adami non inconvenienter in Archontologiam, & Dogmatosophiam distribuere voluimus, cum illa de principiis agat, haec de Principiatis; illa de praecognitis, haec de Primariis Dogmatibus cognoscendis, quibus tota Theologia constituitur, & absolvitur.

2. Archontologia Theologiae positivae describitur Heb. V. 12. quod sit doctrina de primis principiis verborum, sive Mysteriorum Domini: vel Heb. VI. 1. quod sit λόγος τῆς ἀρχῆς τῆς χάριτος, quod sit tractatio de principiis doctrinae Christi, vel ipsius Christianismi. Haec utraque definitio satis evidenter convenit Adami Theologiae Positivae, quia Gen. III. traduntur prima principia Verborum Domini revelatorum; & praeterea quoque doctrina de principiis Christi, vel Christianismi, vel Messiae, seu Messianismi, per divinam manu ductionem ibidem deprehenditur, & primum proponitur.

Archontol.
Definitio
Heb. V. 12
VI. 1.

3. Archontologia Theologiae Adami distribuitur iterum in Archontologiam verbalem, seu Materialem, quae dicitur alias Rhematologia Theologica, περί τὰ ῥήματα, & in Archontologiam realem, seu formalem, quae Pragmatologia dicitur, circa τὰ πράγματα. Talis etiam fuit Adami Theologica Archontologia, dum & principia Verborum proposuit, & principia realia pariter exposuit.

Archontol.
Divisio

4. Conveniunt haec duo (1) ratione totius, tum proximi, quod est Archontologia Theologica, dum & Rhematologia, & Pragmatologia, dicitur ad eam, tanquam totum, referenda; tum remoti, quod est universa Theologia, quae nec principiis materialibus, neque formalibus carere potest. (2) ratione generis, quia tam Rhematologia, quam Pragmatologia, dicitur esse pars Archontologiae. (3) ratione principalis Autoris, dum & ῥήματα, & πράγματα, tam verba, quam mysteria, sunt à Jehova Elohim, principali Theologo, quoad ῥήματα & λόγος, Mat. X. 19. 20. (4) ratione

Conveni-
entia

principalis objecti, dum utraque versatur circa *principia cognitionis Mysteriorum*. (5) *ratione finis*, dum utraque tendit ad *Theologia cognitionem, fidem, atque salutem*.

Different. 5. Differunt autem (1) *ratione Nominis*, quia prior dicitur Rhematologia, posterior Pragmatologia. (2) *ratione proprietatis*, quia Rhematologia dicitur pars prior, Pragmatologia posterior pars Archontologias. (3) *ratione Ordinis*, quia doctrina de materialibus principiis præcedit; doctrina de principiis formalibus sequitur. (4) *ratione objecti*, quia prior agit de vocibus, & phrasibus, posterior de rebus, & mysteriis. (4) *ratione Originis*, quia prior potissimum est ex θεσπας, vel ex impositione, sicut θεσσι & χρεσι hominum potius dicuntur voces, & phrasæ, sed posterior potissimum est ex ἀποκαλύψεως, & divina revelatione. (5) *ratione quidditatis*, quia prior quidditate sua verbalis, & materialis est, posterior realis, & formalis. (6) *rationis quantitatis* dum prior, quoad voces & phrasæ, brevibus expediri potest, posterior propter res mysticas prolixiorē tractationem exigit. (7) *ratione qualitatis*, quia prior est planior, & clarior, dum humanæ menti proportionata, posterior propter eminentem mysteriorum conditionem majoris obscuritatis, & difficultatis.

Rhemato- 6. *Archontologia verbalis*, seu *Rhematologia sacra*, quoad descriptionē, alias dicitur prior pars *Adamica Theologia preliminaris*, de *logias De-* verbis & phrasibus, rebus divinis convenientibus, ad istarum revelationem, cognitionem & propagationem. *scriptio.*

Existentia 7. Quod detur, quoad veram *Existentiā* *Adami Rhematologia* sacra, probatur (1) ex DEΙ λεγει, quia DEus ipse verba profert. (2) ex DEΙ παρει, quia DEus sua praxi confirmat existentiam vocum, & phrasum Theologicarum in ipsa hac *Adami Theologia*. [4] ex continua DEΙ χρεσι, quia DEus non semel ac iterum c.l. & II. cum primis etiam c. III. & sequentibus continuo verbis, tanquam mediis, utitur. [5] ex *Theologia φθου*, quia Theologia, quoad naturā vocis, & rei, verba respicit, & existentiam eorū firmissime tradit.

Genus. 8. Quoad *Essentiā*, *ratione generis* dicitur (1) pars *Archontologias Adamica*, quia non est tota sacra Archontologia: unde non in casu recto dicitur ipsamet Archontologia, sed pars Archontologias, cum partes definiantur facta mentione totius, sed non

non in casu recto, verum obliquo. (2) *pars prior*, quia secundum Adami Theologiam verba rebus priora fuerunt, sicut & *Adam* ipse Verba prius auribus, percepit, quàm res ipsas mente concepit. Dicitur *pars* (3) *præliminaris*, non juxta notationem explicitam, sed insinuationem potius implicitam.

9. *Ratione Differentie*, quæ desumitur partim à *Materia*, dum hæc per אֶרֶץ, vel dicere Dei v. 9. seq. indicatur. Dicuntur autem voces, *Differentie* & *phrases*, verba *simplicia* & *conjuncta*: cum primis illud וַיֹּאמֶר sapius *ria à Ma-* n. c. I. II. & III. repetitur, & de Deo producit, ac ad verbum DEI *teria* dirigitur. Nam in c. I. וַיֹּאמֶר Creationis, in c. II. וַיֹּאמֶר *conserva-* tionis; in c. III. וַיֹּאמֶר *restauracionis* introducitur; & ad alia DEI verba, vel orationes respicitur: *partim à forma*, quæ non tam est *à Forma* *absolutum*, quàm *relativa*, nimirum ipsa relatio ad res divinas, earumque genuina significatio, vel etiam necessaria ad res divinas *proportio*, consistens in *debita cum rebus divinis convenientia*, quæ ratione vocantur, *verba, rebus divinis convenientia*, seu *voces, rebus divinis convenientes*; siquidem dicitur hîc etiâ vox tum *pronunciata*, tum ad *auditum accommodata*, tum auribus protoplastorum destinata, rebus ipsis, vel mysteriis divinis, applicata, per ipsos protoplastos auscultata, & ad pœnitentiam, fidem, & salutem peccatorum, usurpata, v. 8. quâ ratione tam voces, quàm phrases vere significantes complectitur, & *Rhematologia Theologica* dat esse, dat distinguere, dat operari, quæ sunt aliàs propria formarum, vel indicia, vel officia, vel privilegia. Nam *Theologica Nomina*, seu verba describuntur non inconvenienter, quòd sint nomina *mysteriis*, vel *rebus divinis convenientia*, quatenus ad illarum *revelationem, communicationem & cognitionem* adhibentur. Sunt [a] *Nomina*, vel ὀνόματα nimirum, *partim σκιαστικά*, vel *significativa*, non *οὐσιαστικά*, vel *constitutiva*; *partim*, *verbalia*, non *realia*; *partim* *usualia*, non *essentialia*, *partim* non *phyfica*, sed *symbolica*, *partim* non *metaphysica*, sed *grammatica*, &c. (b) sunt *nomina, divinis rebus convenientia*, non *καὶ ἀναλογικά*, *per identitatem, vel identificationem*, sed *καὶ ὁμοιόγιστα*, *per conformitatem, vel assimilationem*, cum sint rerum Theologicarum tum *note*, quæ res ipsas suò modò notant: tum *indicia*, quia nobis res divinas indicant; tum *signa*, quæ *mysteria* divina signant; tum *symbola*, quæ *tesserarum* instar *mysteria* Theologiæ notificant; tum *specula*, quæ res Theologicas repræ-

sentant, & monstrant; tum *vehicula*, quæ nos miseros peccatores in notitiam mediorum salutis vehunt, vel ipsa mysteria regni cælorum nostris mentibus, & cordibus invehunt, &c. Interim tamen observandum, quod hæc *convenientia* Nominum Theologorum, cum ipsis rebus divinis, non sit *prima*, sed *orta*, quia præsupponit convenientiam *mentis*, & dicit saltem convenientiam *oris*, priorem nullatenus excludens, sed potius includens, & verbis consonis exprimens; quod non sit *convenientia totalis*, sed *aliqualis*, non *adæquata*, vel *omnimoda*, sed *inadæquata*, vel *accommodata*, non *naturalis*, sed *usualis*, vel non, sit tam *privatus*, quàm *publicus*, cum vocabula dicantur *usu valere*, sicut *nummi*; vel ex *judicio Philosophi*, sunt *ex privatis*, non *ex publicis*, &c. juxta *Paulum* 1. Cor. XIII. 12. *convenientia* dicitur *enigmatica*, non *pragmatica*, non ex *asse*, sed ex *parte*, non *realis*, sed *specularis*, &c. partim a *Causa*, sic hæc Nomina dicuntur *revelantis*, *communicantis*, & *propagantis*, & secundum *Adami Theologiam*, ipsius *Jehova Elohim*, qui certe verè dicitur (1) *Autor Verba Theologie manifestans*, quia nihil tale vel cogitanti, vel somnianti, vel desideranti, vel exoptanti, vel expectanti, &c. peccatori protoplasto, mille miseras & pœnas pensanti, mediis *Efficiente*. in tenebris dubitationum, & ignorantia, vel etiam errorum pendenti, contingit, ut ex paterna Dei misericordia verba gratia, verba pœnitentia, verba fidei, salutisq; verba Positiva Theologiae salutaris audire, vel per revelationem divinam excipere possit. (2) *Autor, verba Theologie communicans*: non enim *Jehova Elohim* tantum in genere talia Nomina Theologiae manifestat; neq; tantum suis ministris, *Angelis*, vel *Cherubim*, ea publicat, sed potius ipsis hominibus peccatoribus ad illuminationem mentis, ad conservationem cordis, ad reservationem memoriae, ad enunciationem oris, ad perpetuam commemorationem operis, communicat. (3) *Autor, verba Theologiae propagans*: non enim vult, ut *Adam* & *Eva* sibi retineant hanc *Rhematologiam*, aut ut eam silentio premant, sed potius, ut omnibus posteris ea per propagationem tradant, & hanc *viam salutis* omnibus exponant. Patet hoc non obscure tum ex *Dei potestate*, quia Deus, ratione nostri, per se dicitur absconditus, *Esa.* XLV. 15. & habitat in luce inaccessa *1. Tim.* VI. 16. nihil igitur de Deo, vel ex arcana Dei mente nobis pateret,

SEU PRINCIPIORUM MATERIALIUM.

nihil ad cognitionem nostram veniret, nihil de Myſteriis divinis homo vel audiret, vel mente cuſtodiret, niſi verba DEUS, optimus informator, adhiberet. *Tum ex Dei ratiōe*, quia Deus ipſe tum in Paradifo, tum ſequentibus ſeculis ad regnum gratiæ verborum medium, & uſum ordinavit: *tum ex Dei providentiā*, quia Deus idem ſtatim apud Protoplaſtos, tū apud alios viros ſapientiffimos; hanc praxin adhibuit, & ſua perpetua praxi, per verba cunctos alios docuit: *tum ex DEI charitate*, quia perpetuus uſus Dei, tum immediatus, tum mediatus, idem confirmat. (4) *quoad finem*, qui triplex, nimirum alius *ratione Dei*, diciturque *revelatio*, quia propterea Deus Verborum, & phraſium uſum adhibet, ut per illas revelationes ſuas inſtituat, & arcana ſuar mentis, vel etiam æternæ decreta ſalutis, hominibus peccatoribus pateſciat: alius *reſpectu noſtri*, ut per verba, tanquam media convenientis informationis, genuinæ cognitionis, & fiducialis apprehenſionis, ac ſpirituallis operationis, Deus Theologiam poſitivam communicet, & lumen cognitionis mentibus ingeneret. Alius *reſpectu rei*, quia verba, ſeu nomina, ſicut & phraſeologiæ, revera ſunt *media conſervationis, & propagationis Theologiæ*, dum per ea Theologia debebat ad omnem poſteritatem per omnia ſecula propagari, ſicut & ætatu propagata fuit, quandoquidem ad præſentem horam uſque conſervata deprehenditur in Eccleſiis.

Finis.

Divisiones.

10. Quoad *Divisionem* variæ ſunt *Rhematologias* ſacræ *divisiones*: nos aliquas ſaltem ex *hiſtoria*, vel *Doctrina* Protoplaſtorum colligemus. Eſt enim *Rhematologia Sacra* (1) *ratione principii*, vel *DEI*, vel *hominum*, ſic v. 8. ſeqq. *Jehova Elohim loquitur*, ſed v. 20. c. IV. 1. tum *Adamus*, tum *Eva* verba ſacræ proferunt. (2) *ratione medii*, ſic vel eſt *Legis*, v. 9. ſeqq. vel *Evangelii* v. 15. ſeqq. (3) *ratione motivi*, vel eſt *juſtitie*, v. 8. ſeqq. vel *gratiæ*, ſeu *miſericordiæ*, v. 15. ſeqq. (4) *ratione objecti*, vel eſt *doctrinæ*, ſeu *fidei* v. 15. vel etiam *vitiæ*, ſeu *facti*, v. 16. ſeqq. (5) *ratione modi*, ſic *Rhematologia* vel eſt *incomplexa*, ſive *ſimplex*, in ſimplicibus *vocalis*, & *verbis*, & vocatur *λεξιολογία*, dum ſingula conſiderat *verba*, vel *nomina*; vel *complexa*, ſive *compoſita*, quæ conſiſtit in *vocalibus conjunctis*, & vocatur *Phraſeologia*: utraqve *Gen. III.* prolixam afferret conſiderationem, & explicationem, ſi modo campū hunc diſſerendi latiffimum ingredi vellemus. (6) *ratione proceſſus proprii* dicitur alia *immediata*, quæ pro-

1.

2.

3.

4.

5.

fici.

- fificitur *dictor* ex ore DEI v. 8. seqq. alia *mediata*, quæ medi-
antibus hominibus proponitur, nimirum per *Adamum*, v. 20. per
7. *Evam*, c. IV. 1. per *Lamechum*, c. V. 29. (7) *ratione status proprii*, sic al-
lia dicitur *externa*, quæ verbis externis, aut sermonibus oralibus
proponitur; alia vocatur *interna*, quam in cordibus *Spiritus dei*
loquitur, v. 8. (8) *ratione status expressi*, quia *Rhematologia* alia dicitur
8. *explicita*, quæ sono, vel textu expresso notata, sed alia rursus
implicita, quæ non sono pronunciata, sed sensu tantum insinua-
ta, vel subintellecta. (9) *Ratione methodi*, dicitur alia *ethica*, seu
9. *fundamentalis*, & *formalis*, quæ brevissimis thesibus rem ipsam
proponit, alia verò *Exogetica*, vel *materialis*, quæ sapius iteratis
explicationibus, commentationibus, materialia pluribus expo-
nit. [10] *ratione scopi*, sic alia *Rhematologia* dicitur *Didascalica*, quoad
10. *Genus*, vel *usum Didascalicum*, quoad doctrinam salutarem de Se-
mine Mulieris, & omnem ejus Oeconomiam; alia *Elenctica*, quoad
Genus, vel *usum Elencticum*, contra serpentem, & Mendacii Pa-
trem, vel *primū Mæalogum*, & *Archibæreticum*; alia dicitur *Epanor-
thotica*, quoad *Genus*, vel *usum Epanorthoticum*, contra *lapsū Proto-
plastrum*, & alia *peccata*; alia dicitur *Parænetica*, quoad *Genus*, &
usum Paræneticum, quoad *exhortationes*, de cruce, labore, dolore, &c.
alia dicitur *Paracletica*, quoad *Genus*, & *usum Paracleticum*, quoad ve-
ras & vivificas *consolationes*, contra *miserias* omnes, & ipsam etiam
mortem, v. 19. Licet autem sapius in his generibus eadem voces, &
Phrases in *Rhematologia* communiter adhibeantur, tamen sub alio,
atq; alio *Schemate*, sub alijs, ac alijs *formulis*, atq; loquendi modis
introducuntur, sicut ipsi *Scriptores Homiletici* luculen-
ter ostendunt, quod hæc genera distinctis loquendi formu-
lis, vel *artificijs* gaudeant, & *Concionatores* his potissimum me-
dijs multiplicem fructum pariant.

Alia
Divisiones.

11. Huc etiam pertinent *Rhematologias sacræ divisiones*, quoad
Adamī Theologiam, (1) quoad *statum vulgarem*, sic alia dicitur *Eccle-
siastica*, vel *Ministerialis*, quando publice primus Doctor Adamus
in Ecclesia, vel loco publico, de rebus Theologicis concionatus
est, Gen. III. 20. alia dicitur *domestica*, seu *familiaris*, quando priva-
tim Eva, ceu mater familias, doctrinam de Messia *θεωρησάτω*, vel
ejus officio, beneficijsq; repetit, c. IV. 1. (2) quoad *ortum dependen-
tie*

ria, sic alia *Rhematologia* fuit adhibita per *authenticam dependentiam*, quando Patriarchæ, & Matriarchæ Sancti Spiritus instinctu locuti sunt, & ab ipso Deo verbum authenticum audiverunt, ut Gen. III. 15. c. IV. i. c. V. 29. alia quoad *Ecclesiasticam dependentiam*, quando vel Adamus, vel alii Doctores, & Patriarchæ doctrinam cœlitus patefactam de Messia verbis suis, h. e. communibus, & usu receptis in Ecclesia, vel etiam in familia proposuerunt, & suos in Dei viis erudierunt. Gen. XIIX. 19. Et hinc [3] dicitur *Rhematologia sacra*, vel *authentica*, quæ divina gaudet promulgatione, vel immediata inspiratione; vel *Ecclesiastica*, quæ mediata fit prædicatione, vel explicatione, quæ ratione citra dubium protoplasti suis posteris pro te evangelium multis exposuerunt, & multis modis, atque frequentissimis repetitionibus his posteris doctrinam de Messia familiarissimam reddiderunt. (4) quoad *proponendi modum*, nimirum per *Nomina*, vel etiam per *dogmata*, sic *Rhematologia sacra* vel esset *Nominalis*, vel doctrinalis, sicut Adam Evæ nomen Theologicum per *Rhematologiam* *Nominalem* imposuit, dum eam a verbo Vitæ, vel à Theologia vitæ, denominavit Evam, v. 20. Et sic *Adam* & *Eva* *Nomina* Christi Theologiam, quoad Humanam & Divinam Naturam, exhibent, dum *Adam* homo, Naturā Humanā, *Eva*, mortis, v. 19. & Vitæ Vita, v. 20. vel *Hominū* mortaliū vita Divinam potissimum importat: vel etiam *Christi*, *Christianorumq; Statum*, tum *humiliationis*, tum *exaltationis*, tum *crucis*, tum *lucis*, cum *Adam* sit de terra nomen humilitatis, *Vita* de cœlo in *Eva* sit nomen dignitatis. Et huc facit *Onomatologia Patrum* Ante diluvianorum, quæ *Nominalem* Theologiam exhibet. Vid. B. Calov. in Posit. Theol. §. 869. ubi talem *Onomasticam Theologiam* in omnibus Patriarchis ante diluvianis ostendit. Conf. §. 873. ubi de Patriarchis post diluvianis idem observatur. (5) Per *Symbola*, quemadmodum paradisus ipse Theologiæ quoddam Symbolum est: talis etiam Symbolica Theologia per *Eva* Nomen Symbolicum indicatur. [6] per *enigmata*, quia datur *enigmatica Theologia*, I. Cor. XIII. 12. Et talis pariter *enigmatica Theologia*, per ipsum Evæ nomen traditur, vel etiam simul in *Adami* & *Eva* nomine conjungitur, cum *Adam* vitam animale Peccatoris, *Eva* vitam spiritualem, homi-

24 DE ARCHANTOLOGIA VERBORUM,
nis fidelis exhibeat. [7] Per specula, quia datur Theologia specu-
laris, juxta Paulum, &c.

12. Quoad *Attributa*, vel *Proprietates Rhematologia Sacra*
Adamica tribuuntur eadem *proprietates*, quæ passim Verbo Dei per
totam scripturam attribuuntur. Sic Rhematologia Adamica
competit (1) *ipsa Divinitas*, quia Jehova | Elohim Adamo locutus
est in Paradiso, Deus unus, quoad *Essentiam*, trinus, quoad sub-
sistentiam, Pater, Filius, & Spiritus, v. 8. (2) *Divina immedietas*,
quia Jehova Elohim immediate verba misericordissimi Paterni
cordis ex ore gratiosissimo fuit elocutus, (3) *Divina veritas*. Dum in
ea protoplasti statim acquiescunt (4) *Divina Autoritas*, quam statim
verbum invenit apud Adamum, & Evam, apud quos valuit in
omnibus αὐτοῖς ἐφα [5] *Divina necessitas*, Luc. X. 41. quia sine hac
Rhematologia peccatores nullam pœnitentiam, nullam fidem,
& Salutem accipere potuissent. [6] *Divina universalitas*, quia, quod
protoplastis dictum, posteris omnibus dictum & singulis. [7] *Di-
vina perspicuitas*, ex qua cuncta statim percipiunt, vereque per
illuminationem, Dei Spiritus omnia mysteria cognoscunt, nec o-
pus habent, ut de unico saltem verbulo vel explicationem, vel
informationem, à Jehovâ Elohim desiderent. (8) *Divina perfectio*,
quia Rhematologia Adamica tantæ perfectionis est, ut ex ea
protoplasti totam legem vitæ, & omne mysterium Evangelii, ad
fidem, atque salutem perciperent. (9) *Divina Utilitas*, quia Rhema-
tologia Adamica cujusvis utilitatis est, & sufficiens fuit Adamo
per omnes vitæ dies, quæ tamen ad 930. annos extensa fuit. (10)
Divina puritas, quia tantæ fuit hac Rhematologia puritatis, ut
statim omnem imputitatem ex protoplastorum impurissimis cordibus tol-
leret. (11) *Divina Firmitas*, quia firmissimus hic sermo Rhematologiae Ada-
mica, ut fugitivos revocaret, currentes pedes in firmiter stantes converte-
ret, & omnem firmitatem contra serpentem, mendacium vagum, & vanum,
eisdem ad omnem militiam communicaret. (12) *Divina simplicitas*, quia sim-
plicissimam fidem, simplicissimam etiam vitam homo per hanc Rhematologiam
accepit. (13) *Efficacitas vel activitas*, quia cum per ipsum peccatum essent
vici, vel prorsus imbelles facti, per hanc Rhematologiam novum robur, &
novam activitatem consecuti sunt, ut victori bellum, inimicitias, imò per-
petuam militiam & pugnam intinere, victoriamque, per fidem
impetrare possent &c.

IN NOMINE JESU

DISPUTATIO ARCHONTOLOG. POSIT.
THEOLOG. ADAMI.

CAP. IV.

DE PRINCIPIIS THEOL. REALIBUS IN
GENERE.

Post *Archontologiam Rhematologicam* sequitur *Archontologia Pragmatologica*, de *principiis realibus Theologia Positiva Adami*, quia post *verborum traditionem* sequitur *tractatio realium*, & post *materiale principium* sequitur *principium formale*, post *signa* cognoscuntur *signata*.

2. In *Archontologia Pragmatologica*, vel de *Principiis realibus*, notamus (1) *Existentiam*, quod vere dentur in *Theologia Positiva Adami* talia *realia principia*, quod probatur tum à priori, quia dantur principia partim *verbalia*, quæ post se requirunt *significata*, vel res *significandas*, quibus *significationibus* certe *positiva Theologia prima*, vel *Adami* non destituitur: partim *materialia*, quæ sunt *voces*, & *phrases*; *materialia* vero principia necessitate quadam exigunt *formalia principia*, quæ principis *materialibus* dant esse, dant *distingvi*, dant *operari*: tum à *formali*, quia *revera* datur tum *Efficiens causa Theologiæ positivæ Adami*, tum *Materia*, tum *Forma*, tum *finis*: Ergo *principia realia*, quoad *Existentiam*, negari non possunt: nam ubi rerum *testimonia* prostant, ibi nec multis verbis, nec *argumentis*, opus est: tum à *posteriori*, quia *realia principia* majorem habent *cognitionem* cum ipsa *Theologia positiva*, quæ certè *realis est*, & *plena realibus mysteriis*, aut *articulis fidei*: sic etiam *realia principia* propius accedunt ad ipsam naturam *Theologiæ realiter positivæ*, quàm *verbalia*: denique tanquam *principia* convenientius, melius, & plenius præstant *veram ad Theologiam positivam Adami præparationem*, propter cujus *præparationis usum principia potissimum proponenda sunt*, ut ostendant *viam ad Theologiam Adami positivam*, dent *commodiorem ansum*, aperiunt ipsam *januam*, præliminarem præstent *operam*, & *veram ad Positivam Adami Theologiam exhibeant* *εφευγίαν*, sive *manuductionem*.

D

3. (2) Bf

Disp. IV.
Resp.
M. AUGUST.
Wolff/
Fac. Phil.
Adj.

Ordo

Realium
Principiorū
Existentia

Essentia.

3. (II) *Essentiam*, quæ sequitur *Existentiam*: postquã notavimus, quod dentur realia principia Theologiæ positivæ Adami, ordine notandum venit, *quid sint* Principia realia hujus Theologiæ, dum quæstionem *An sit* sequitur *Quæstio quid sit*, quæ communiter tum ὁλικῶς, tum μερικῶς declaratur: ὁλικῶς per *Definitionem*, quoad ὅτιον, & μερικῶς per *Divisionem*, quoad ὁκονομίαν.

Definitio.

4. Quoad *Definitionem*, seu *Descriptionem*, *Archontologia Pragmatologica* nihil aliud est, quam posterior pars *Archontologias positivæ Theologiæ Adami*, quæ tradit principia preparationis realis ad *Theologiæ positivæ Adami constitutionem*, & *cognitionem*, & *propagationem*.

*Genus.**Pars.*

5. Constat hæc *Definitio*, partim *Genere*, quod sit pars *Archontologias positivæ Theologiæ Adamicæ*. Dicitur *Pars*, tum quia non est *Archontologica Pragmatologia*, cum ad eam etiã constituendam requiratur *Rhematologia*; tum quia tanquam pars ingreditur ipsam *Archontologiam*, vel *Theologiam præliminarem*, tum quia pars in quid de *Archontologia pragmatologica* verè prædicatur, non determinatè, quoad determinatam speciem, sed indeterminatè, quoad genericam naturam.

Archontol.

6. (2) *Pars Archontologias Theologiæ positivæ Adami*, nimirum dicitur pars (a) *Archontologias*, ut distingvatur à partibus *Pragmatologiar*, quales sunt partes, *Theologia*, *anthropologia*, vel ipsius *Oeconomie*. (b) *Pars Archontologia*, vel *præliminaris*, & *Extraessentialis Theologiæ*, ut distingvatur (α) à partibus *Adamica φυτολογίας*

Theolog.

Gen. II. 15. (β) à partibus *Adamica ζωολογίας* v. 18. (γ) à partibus *Adamica πωλολογίας* v. 8. seqq. &c. (c) *Pars Archontologias Theologiæ positivæ*, ut contradistingueretur partibus *Theologia Elenctica*, *Pædagogica*, *Epanorthotica*, *pancletica*, *Casistica*, &c. (δ) *Pars positivæ Theologiæ Adamicæ*, ut discerneretur à partibus *Theologia Abelica*, *Sethiane*, *Henochica*, *Abrahamica*, &c. siquidem omnibus temporibus *Patriarchæ* cum *Prophetis* *Theologiam* tradiderunt, viam Dei proposuerunt, Gen. XIX. 18; & per eam homines ad salutem, mediante fide, deduxerunt, atq; promoverunt.

Ad minicula

7 Partim *Differentia*, quæ desumitur tum à proprio, quod sit posterior pars *Archontologias* hujus, tum quoad *posteritatem naturæ*, quia principia realia, seu *formalia*, præexigunt principia *materialia*,

terialia, seu verbalia, dum principium in omni cognitione vulgo dicitur esse Nomen: tum quoad *posterioritatem* originis, dum realia principia, cum primis ratione nostri, vel nostræ cognitionis, dicuntur per verba, seu per voces, & modos loquendi nobis communicari; tum *ratione ordinis*, quia communiter prius onomatologia, quàm pragmatologia, traditur, & exponitur, &c.

8. Tum à *Causis*, quia notatur in Definitione, partim *principiorum realium efficiens*, quod est principium *tradens*, & *exponens*, quoad Adamicam Theologiam, & dicitur ipse *Jehova Elohim*, cum Gen. III. non inveniamus alium principalem Theologum, quia solus *Jehova Elohim, Deus Unus*, quoad *Essentiam*, & *Trinus*, quoad *substantiam*, *Deus Pater, Filius, & Spiritus*, omnem, & Theologiam præliminarem, ratione principiorum, & Doctrinalem, ratione Principiatorum, proposuit. Si quis etiam totam *Archontologiam* ex *Efficiente* causa didactice notare velit, cum hæc etiam doctrinaliter principia realia tradat, à veritate non aberrabit.

9. Ubi præterea notandum, quod terminus Adamicæ Theologiæ maxime sit *emphaticus*, dicitur enim Adamica Theologia tum *passive*, quando consideratur Adam, tanquam Auditor, & studiosus, recipiens primævam Theologiam positivam, partim, quia *Jehova Elohim* potissimum Adamo Theologiam hanc positivam tanquam Doctor, Auditori tradidit; partim quia potissimum Adamus ad Scholam Theologicam à Deo vocabatur Gen. III. 8. partim quia nominatim eidem destinabatur; partim quia primus Adam Theologiam positivam primam, & auribus excipiebat, & mente concipiebat, & corde recipiebat, & memoria retinebat, &c. Tum *active*, quia statim Adamus etiam Theologiam hanc positivam, instar Doctoris, & Theologiæ Professoris, eam proponebat, & de mysteriis ejus ad fidei suæ testificationem diserebat, v. 20.

10. *Emphasis* etiam hujus vocis Adami patet ex causis, quia Theologia prima *Positiva* per *Jehovam Elohim* est tradita (1) *propter Adamum* finaliter, siquidem finis cui tunc potissimum erat Adam, cui destinabatur, revelabatur, & inculcabatur hæc Theologia. (2) *In Adamum*, tanquam in sub-

D 2

Causa Ef-
ficiens.Adam
passive

active

Adam.
R. Finis.

jectum

jectum proprium, ut nimirum Adamus fieret, & esset *subjectum* Theologiæ positivæ, non tantum ut *subjectum commune*, vel *Messianum*, sicut omnes fideles *Messiani*, vel *Christiani*, debent esse Theologiæ *subjectum*, & Theologiam positivam, ad fidem, & salutem servare, tum in auribus, eam sæpius audiendo, tum in mentibus, eam frequenter cogitando, & meditando; tum in cordibus, firmiter eam inscribendo, vel imprimendo; tum in affectibus, eam diligendo; tum in oculis, eam semper legendo, &c. sed etiam ut *subjectum singulare*, quod est *Theologus*, quia sic informavit hominem *Archi Theologus*, *Jehova Elohim*, *Adamum*, ut statim fieret *Theologus positivæ Theologiæ*, talis etiam esset, quod ex praxi professionis patet, v. 20. *vidi. Disp. de primo Prof. Theol. Adamo*: talis denique maneret, quia postea scholas aperuit, ut ex *Joseph*. statim ab initio *Judaicarum Antiquit.* observare licet, & *Caino*, *Abeli*, &c. Theologiam positivam quotidie proposuit, & exposuit, sicut ex Actibus *Caini*, & *Abelis* certo colligere possumus, atque debemus,

Objecti. Gen. IV. 3. (3) De *Adamo* vel *Articulis fidei Adami*, seu de *Mysteriis* etiam *Messiae*, fidei, salutis, Vitæ *Spiritualis*, hæc Theologia positiva tractationem instituit, quæ peccatori *Adamo* propria fiebant, adeoque sic *Adamicum*, etiam *objectum* denominationem hanc illustrat. (4) *secundum Adamum formaliter*, nimirum secundum revelationem, illuminationem, informationem, *Adamo* factam, omnis Theologia positiva proponenda fuit.

Efficientis. (5) *ab Adamo* nim. *efficienter*, quia *Doctor*, & *Professor* hujus Theologiæ fiebat, & erat *Adamus*, v. 20. adeoque causaliter, & *efficienter* circa Theologiam tradendam, proponendam, & propagandam, *Adamus* se movere debebat, v. 20.

Materia. 11. Partim *principiorum realium Materia*, quæ sunt ipsa *principia*, quorum indicatur *materia*, tum ex qua, dum in plurali numero multa dicuntur *principia realia*, siquidem ex his constat tota *pragmatologica Archontologia*, tum in qua, dum omnia *principia realia* positivæ Theologiæ reperiuntur in hac *Archontologia*, tum circa quam, dum circa talia *principia realia* tota *Pragmatologica Archontologia* versatur.

Forma. 12. Partim *Principiorum realium forma*, quæ consistit in *reali* præ-

preparatione, quia dat esse pragmatologica Archontologia, dum per realem preparationem fit Archontologia pragmatologica; dat *distingui*, quia sic distinguitur ab Archontologia Rhematologica, quæ non realem, sed verbalem affert preparationem; dat *operari*, tum ratione *sui*, quia facit, ut sit preparatio præliminaris, vel *Isagogica*; tum ratione *subiecti*, quia subiectum Theologiae studiosos, & ipsos Theologos præparat, ut ex fundamento Theologiam positivam postea percipere possint; tum ratione *objecti*, vid. Corporis Theologiae, quia realis preparatio talia fundamenta præparat, & parat, ut mox eò convenientius, eò commodius, eò facilius, eò felicius, eoque efficacius tota Theologia positiva proponi possit.

13. Partim principiorum realem finis, quia faciunt hæc principia *Finis*, realia tum ad Theologia positivæ constitutionem, tum ad ejus cognitionem, tum ad ejus propagationem. Constitutio dicitur esse *gemina*, (a) ab extra, per externas causas, *Finem & Efficientem*, quia finis movendo, *Efficiens* agendo parit Theologiam positivam, quæ duo sunt principia *fiendi*, quibus fit, & producit Theologia positiva *Adami*; (b) ab intra, per internas causas, *Materiam, & Formam*, quæ constituunt Theologiam *Adami* positivam essentialiter. Cognitionis est finis, ratione *nostri*, quia propterea proponitur *positiva* Theologia, ut nimirum ab hominibus peccatoribus cognoscatur. Propagatio denique tum ratione Theologiae positivæ, tum ratione *militantis Ecclesie*, tum ratione *fidelium* necessaria.

14. Post *gotiav*, & *Definitionem* sequitur *Oeconomia*, vel *Divisio Diviso*, realium Principiorum Theologiae positivæ *Adami*. Dicuntur autem principia realia secundum alios duplicis conditionis, dum alia dicuntur *Effendi*, alia *cognoscendi*; priora ratione rei, posteriora ratione *Dichoro-* nostri; priora quoad esse, posteriora quoad nosse; priora sunt *ess-* sentia, posteriora scientia; priora *potestas*, posteriora *virtutes*; priora dicuntur causa, posteriora nota; priora sunt fundamenta, posteriora documenta, vel argumenta; priora dant constitutionem, posteriora cognitionem; priora sunt *Entis*, posteriora *Mentis*; &c.

15. Secundum alios *Trichotomia* notatur, quod alia *princi-* *Trichoto-* pia realia sunt (1) *Fiendi*, (2) *Effendi*, (3) *Cognoscendi*; illa sunt pro- *mica* ductionis.

ductionis, ista constitutionis, hæc cognitionis; illa præstant fieri, ista $\lambda\omicron$ Esse, hæc $\lambda\omicron$ nosse; illa sunt $\pi\omicron\lambda\iota\chi\alpha$, vel causalia, ista $\sigma\upsilon\sigma\tau\iota\chi\alpha$, vel Essentialia, hæc $\gamma\upsilon\omega\sigma\iota\chi\alpha$, vel demonstrabilia; illa sunt externa, ista interna, hæc externa, & interna simul; illa respiciunt ortum, ista statum, hæc usum; illa considerantur à priori, ista à formali, hæc à posteriori; illa pariunt efficientiam, ista Essentiam, hæc noticiam, vel scientiam; illa parant fieri, ista notant esse, hæc monstrant esse.

Qualis discrepantia

16. Hæc discrepantia vere dicitur non discrepantia, multo minus est repugnantia, quia saltem est discrepantia verbalis, non realis, discrepantia numeri, non rei, vel objecti, discrepantia methodica, non pragmatica, discrepantia certæ relationis, non absolute conditionis, rationalis, non essentialis.

Trichotomia

17. Nos in Adamica Theologia positiva modò Trichotomiam nostram facimus, & primò producimus Principia Fiendi, deinde subjungimus Principia Essendi, demumque subijcimus Principia Cognoscendi: quæ ratione ductum, vel ordinem nature sequimur, quia prius res sunt, quam sunt, & Esse quodlibet ortum præsupponit, & prærequirit $\lambda\omicron$ fieri. Quod non fit, illud non est: quod autem fit, illud per $\lambda\omicron$ fieri suum Esse consequitur: Et quod revera est, illud etiam revera cognoscitur, siquidem non Entis, vel non existentis, nulla datur affectio, nulla cognitio. Principia Fiendi sunt in hac Positiva protoplastorum Theologia Finis, & Efficiens; Finis prius movet ad agendum Efficientem: & Efficiens Theologiam ob finis motionem producit. Principia Essendi Materia sunt, & Forma, quæ totam Theologiam positivam Adami constituunt. Principia Cognoscendi Verbum ipsum Dei nobis offert.

Proprietates

18. Antequam verò progrediamur ad specialem Principiorum realium considerationem, non certè nihil de Proprietatibus, vel Attributis asserere possemus: pauca delibare placet. Sunt enim prin-

Consequenter

cipia realia (1) Consequentia, (a) non quidem simpliciter ratione totius Theologie, quia pertinent ad *Isagogen* & partem præliminarem, non autè demum post totam Theologiam instar hypomnematum, vel Axiomatum subijciuntur. (b) neque ratione Capiti, vel Mysteriorum Theologie, siquidem hæc sunt principia, quæ certe non possunt

sunt præcedere *realia principia*, ne hæc jure suo possunt consequi *principiata*: *principia* per se *principiatis priora*, *principiata* verò *principiis* sunt *posteriora*. (c) sed potius consequentia vocantur ratione *principiorum Nominalium*, cum hæc tanquam *præcedant*, *πρᾶγματα*, ceu *realia*, succedant, *nominalia* tanquam *materialia* per supponantur, & prærequirantur, sed *realia*, tanquam *consequentia*, subjungantur. Hæc *proprietas* respicit potissimum *Existentiam*, ubi enim existant *Principia realia*, num primo, vel secundo loco ponantur, an præmittantur, an consequantur?

19. (2) *Dignissima*, cum *realia principia* multa *prærogativa*, *Dignissima* maximaque semper excellentia gaudeant, imprimis ratione *nominalium principiorum*, tum quia *πρᾶγματα* præ nominibus maximam habent *prærogativam*, dum nomina plerumque nudum sonum, sed res ipsum objectum designant; tum quia nomina sunt *materialia*, *πρᾶγματα* sunt *formalia*: sicut autem forma maximam præ materia præstantiam alit; ita quoque *formalia Materialibus* longè præstantiora sunt; tum quia voces sunt instar corticis, res instar nuclei; nuclei verò præ cortice major est dignitas, & nobilitas; tum quia *materialia* nomina quasi passivè se dicuntur habere, sed *realia* sistant *actionem*, & dant *active*, tum *esse*, tum *distingvi*, tum *operari*; jam *actio* nobilior *passione* semper esse judicatur: hinc aliàs dicitur, quod voces sint propter res, non autem res propter voces, cum sint ipsarum *media*, *signa*, *symbola*, *specula*, *vehicular* &c. cum primis ab efficiente causa *Dignitatis*, & *Autoritatis* proprium deducitur.

20. (3) *Universalissima*, quia *principia realia Theologia Adamicæ* verè sua gaudent *universalitate*, tum ratione *causa Efficientis*, cum solus *Jehova Elohim* omnia mysteria, cuncta dogmata, *Theologiæ positivæ* temporibus *Adami* parefecerit, nec ullus alius auctor omnium credendorum extiterit: tum ratione *Causæ Materialis*, dum *Universalitas* ad omnes *Articulos Fidei* se latissimè extendit, & totum *Theologiæ corpus* ratione *realium principiorum* exhaustit, ita quidem ut nulla *Theologiæ Adamicæ* pars vel particula sine *principiis realibus* esse possit: tum quia talia *principia realia* reperiuntur, & in *Theologia Adami*, Gen. III. 20. & in *Theologia Eæ*, c. I. v. 1. tum in *Theologia Abeli*, v. 4. Heb. XI. 4. tum in *Theologia Seth*, & *Enos*, v. ult. tum in *Theologia Enoch*, c. V. 23. tum in *Theologia Lamech* v. 29. tum in *Theologia Noæ* c. VI. seqq. tum in aliis *Patriarhis*, atque *Theologis*. Et sic etiam hæc *principia realia* vere sunt *universalia*, quoad *universalitatem verbi*, quoad *universalitatem fidei*, cum primis *dogmatica*, suo modò pariter *salvificata*, quoad *universalitatem temporum*, *locorum*, & *aliarum circumstantiarum*, &c.

21. (4) *Com-*

Universalissima.

*Convenientis-
sima.*

21. (4) *Convenientissima*, dum vera *conformitas* principiis realibus *denegari* non potest, quæ reperiuntur in *Pessima Adami Theologia* tum *generaliter*, quia talis *conformitas* semper inter *principia*, & *principiata* reperitur, & quidem ipsius *forma* respectu: tum *specialiter*, quia *conformitas* realibus principiis hujus Theologiæ competit (a) quoad *antecedentia*, dum generaliter cum nominalibus, vel materialibus principiis debito modo servantur, ac instar *formalium* cum his *materialibus* harmonice conspirant; (b) quoad *constituentia*, vel *ingredientia*, dum omnia *mysteria* tum sibi *κατ' εἶδος*, tum aliis *mysteriis κατ' ἔξω* consentanea sunt optimam inter se convenientiam alunt, & nullam inter se repugnantiam admittunt, dum tota Theologia positiva Adami vere dicitur una, consona, conformis, cum primis quoad hæc *principia realia*. (c) quoad *consequentia*, quia talia *principia realia* vere toti Theologiæ, cunctisque *mysteriis*, & articulis fidei Theologicis apprime conveniunt, & ad singulas Theologiæ partes respiciunt, & harmoniam illam constanter inferunt. (d) quoad *Didactica*, quia *realia* hæc *principia* cum *nominalibus* totam Theologiam *Didacticam* constituunt, & absolunt, & hominibus ad fidem, & salutem totam doctrinam offerunt, & conferunt: sic in aliis etiam pulcherrima deprehenditur *conformitas*, & harmonia, quia *Dei*, *Dei Verbum*, *Dei doctrina*, vere dicitur *Harmonia Harmoniarum*. *Conformitas Conformitatum*. &c.

Utilissima.

22. (5) *Utilissima*, ratione *finis*, dum in *principiis realibus* deprehenditur *varia* respectibus omnibus *utilitas*, & quidem (a) *Utilitas absoluta*, quia nullum reale principium Adamicæ Theologiæ frustra vel solet, vel potest adhiberi, sed insignem omnibus tum *Doctrinæ*, tum *Auditoribus*, præstat *usum*. (b) *utilitas relativa*, siquidem hic invenitur insignis *utilitas* (α) *ratione Dei*, quia Deus his realibus principiis, tanquam mediis, utitur ad suæ mentis, & voluntatis communicationem, quæ communicatio miram, & meramspirat, sonat, & præstat utilitatem. (β) *ratione Verbi*, dum in verbo *iste* accurate proponuntur, & distinguuntur, digeruntur & offeruntur, tum *realia principia*, tum *realia principiata*, cujuscunque etiam sine conditionis: (γ) *ratione principiorum nominalium*, dum his omne suum esse, omne suum posse, omne suum facere tribuunt, quia *nominalia* sine *realibus* sunt *nuda signa*, sine *significatu*, *nudi corymbes* sine *nucleis*, *nuda Verba* sine *rebus*, &c. (δ) *ratione nostri*, quia *realia principia* nobis omnem præstant *usum*, atque *fructum*, sive respiciamus *Didactica*, sive *Polemica*, sive *Paranetica*, sive *Epanorthetica*, sive *Paracletica*. &c.

Efficacissima.

23. (6) *Efficacissima* quia *realia principia* cum primis vitam, potentiam & efficaciam in nominalibus, aut materialibus principiis pariunt, dum non tantum *από τῶν πρῶτων* quam *από τῶν παραγµένων* omnis efficacia divina, vel salutaris pendet.

Jucundissima.

24. (7) *Jucundissima*, quia magna quidē ex nominibus convenientibus sæpius *jucunditas* proficiscitur, sed longe major ex realibus principiis deducitur.

Necessaria.

25. (8) *Necessaria*, quia *realia Principia* vere necessaria sunt, (1) quoad *eternam prædicationem*. (2) Quoad *decretalem constitutionem*. (3) quoad *divinam revelationem*. (4) quoad *divinam præceptionem*. (5) quoad *divinam obligationem*. (6) quoad *divinam illuminationem*. (7) quoad *divinam applicationem* &c.

ARCHONTOL. THEOLOG. ADAMICO-POSITIVÆ.
DE FINE THEOLOGIÆ ADAMICÆ.

DISP. V.
Resp.
M.HEN-
RICO
Tegman.
Principia
triplicia.

Archontologiam Pragmatologicam in genere notavimus, ad specialia properamus: Et cum hæc principia sint triplicis generis. (1) Fiendi. (2) Effendi. (3) cognoscendi: non obscurius illa quoad Theologiam positivam Adami demonstrari possunt.

2. Fiendi principium est geminum, alterum movens, alterum agens; illud præparat, hoc parat; & patrat, illud ad agendum impellit, hoc ipsam rem producit; illud impellendo principium agens movet, hoc agendo, tanquam Efficiens operatur.

3. Finis Theologia Adamico-positiva est externa causa, quæ Deum Unitrinum ad Adamicæ Theologiæ Positivæ constitutionem, & revelationem, propter bonum gratiæ, gloriæque, ceu misericordissimum, efficaciter commovit. Finis descriptio

4. Dicitur (1) Causa propter veram influentiam non equidem Materialem, sed formalem, quæ formaliter fini competit, non essentialem, sed realem, non productivam, sed impulsivam, dum movet, & impellit ad agendum Causam Efficientem. (2) Externa causa, dum non ingreditur causatum, nec ad ejus constitutionem intrinsece concurrat, sed tantum ingreditur Causam efficientem, & eâ ad efficientiam ipsam compellit. Hinc (3) refertur ad Deum Unitrinum, Causam Efficientem omnis Theologiæ, quæ revera, tanquam Jehova Elobim, est Autor Theologiæ Positivæ Adami. (4) consistit autem in commovendo per misericordiam, quia movere dicitur alias formale cause finalis, dum Efficiens omne propter finem agit. (5) Movet autem circa Theologiæ constitutionem, quoad objectum immediatum, ad revelationem, quoad subjectum, ratione nostri, cum Adamo, sicut & posteris, omnis facta sit Theologiæ revelatio. (6) Movet Autorem Theologiæ, propter bonum gratiæ, & gloriæ, peccatoribus hominibus in Messia restituendum.

5. Ex quibus apparet, quod Finis Theologiæ revera quoad differentiam, sit Practicus, non Theoreticus, non autem praxeos, vel naturalis, vel moralis, sed supernaturalis, non humane sive voluntatis, Practicum

DE FINE THEOLOGIE

34

sive facultatis, sed divinæ benignitatis, & causalitatis: (1) quia Theologia Adamica est lapsus primi medicina. (2) quia hominem deducit ad veram, & seriam pœnitentiam. (3) quia Deus per hanc Theologiam operatus in Protoplastis veram in Messiam fidem, vere practicam. (4) quia Theologia positiva traditur ad protoplastorū salutem, ut hic valeat illud Job. XX. 31. hæc scripta [vel in Adami Theologia dicta] sunt, ut credatis, Jesum esse Christum, & credentes habeatis vitam æternam.

Variis

6. Varius autem, quoad divisionem Adamicæ Theologiæ positivæ, finis est, cum unius rei plures non tantum queant esse fines, sed etiam communiter esse soleant. Nos Theologiæ Adamicæ fines in distinctas classes distribuemus, & quidem potissimum eorum respectu, quorum præmiis in c. III. fit mentio. Sic dantur Theologiæ Adamicæ fines (1) Respectu Dei. (2) Respectu Messie. (3) Respectu Verbi. (4) Respectu sui. (5) Respectu Protoplastorum. (6) Respectu Posterorum. (7) Respectu Diabolorum. (8) Respectu Bonorum Angelorum (9) Respectu Malorum Culpa. (10) Respectu malorum pena.

Ratione
Dei

7. Quod attinet fines Positivæ Theologiæ Adamicæ [1] Ratione Dei, citra dubium ejus respectu certi Theologiæ Adamicæ sunt fines, cum Deus nihil faciat frustra, sed omnia propter certum, & utilissimum finem suscipiat. Sic Deus proposuit hanc Theologiam Positivam [a] propter veram θεογνωσίαν, ut nimirum homo peccator post lapsum verè Deum cognosceret: nam per horrendum lapsum homo peccator laborabat. tum ἀνοία, vel non intelligentia, quia non amplius erat intelligens, Psal. XIV. 2. tum ἀγνωσία respectu rerum divinarum, quia tenebris obscuratum intellectum acceperat per ignorantiam, Eph. VI. 18. tum ψευδολογία, quia Pater mendacii, serpens paradisiacus, omnem Theologiam falsam, seu mendacem, eidem inspiraverat, &c. propterea Jehova Elohim veram Theologiam manifestabat, ut veram de Deo notitiam recuperaret, & firmam ex verbo cognitionem DEI sibi pararet, atq; verà Theologiam sibi compararet, quod nimirum Jehova Elohim v. 8. seqq. sit Unus quoad Essentiam Deus, & quod idem etiā sit Trinus Elohim, nimirū Pater, Filius, & Spiritus S. Nova Thesis, 87. [6] propter veram θεογνωσίαν, ut homo peccator Deum rite timere disceret, & à peccatis diligenter abstineret, propterea vera Theologia, & quidem quoad rigorosum examen peccatoris,

propter θεογνωσίαν.

Propter
θεογνωσίαν.

v. 9. seqq. fuit eidem communicata: nam verus Timor Domini dicitur initium sapientiæ, *Psal. CXI. 10.*

9. (c) Propter *veram theophiliam*, nim. ut homo DEum non tantum ut *creatorem*, & *conservatorem*, atque *gubernatorem*, sed etiam ut *Mediatorem*, *Redemptorem*, & *Sanctificatorem*, imo tanquam suum bonum diligeret, propterea data fuit eidem hac Theologia Messiana, per quam communicatum accepit *cor Dei paternum*, & omnem ejus dilectionem, ut Adam verè cum Mose posset exclamare, quā vehementer diligit Deus homines, *Deut. XXXIII. 3.* præ cunctis Angelis malis, teste *Gen. III. 14.* quibus omnis imponebatur maledictio, communicatū accepit unigenitum Dei Filium, etiam semen mulieris, v. 15. Virū Jehovah, c. IV, vel quia sic Deus dilexit mundū, ut filium unigenitum daret, *Joh. III. 16.* communicavit Deus denique Spiritum suum, Spiritum dei, *Gen. III. 8.* Spiritum adoptionis, *Rom. II. 15.* ut regenerationis, *Joh. III. 5. 6.* imò communicata cum his sunt quævis alia, quia si Deus proprio Filio non pepercit propter Adamum, quanto magis eidem omnia reliqua donavit, *Rom. II. 32.*

10. (d) Propter *veram theoduliam*, quæ maxime tempore lapsus erat necessaria: siquidem homo per lapsum egressus erat à misterio creatoris, & servus factus erat sui seductoris, & victoris, paradisiaci serpentis, qui vinculis æternis, sibi propriis, *Jud. v. 6.* funibus peccatorum, *Psal. CXIX. 61.* catenis noctis, *II. Pet. II. 4.* eum ligaverat, & tanquam mancipium ipsum subjugarat. Ex hisce rebus Satanæ non alia ratione liberari poterat peccator, quàm per veram Theologiam Messianam, quæ monstrat servitii Diabolici miseriam, quod, qui peccatum faciat, servus sit peccati, *Joh. II. 34.* imò servus, & filius Diaboli, cujus desideria vult facere, v. 44. sic ergo serviebat Adam per lapsum, v. 6. per nuditatis sensum, per hypocriticum studium in foliis fici confundendis, per stultissimum consilium per carnalis timoris, pavoris, pudoris affectum, per fugitivum actum, v. 7. 8. sed per Theologiam veram mox revocabatur, coram Deo collocabatur, ad peccati notitiam, & seriam poenitentiam excitabatur, ad veram fiduciam concipiendam præparabatur, &c. v. 9. seqq. ut tanquam servus Domini semper coram Deo maneret, & strenue contra serpentem, & omne semen ejus militaret v. 15. seqq.

Propter
θεοτιμίαν.

III. [5] Propter veram *θεοτιμίαν*, ut Deo verum honorem offerre, vel restituere possent, propterea vera Theologia protoplastis est inculcata, quia prius ex seductione serpentis *omnem honorem Dei* prorsus abjecerant, partim *honorem in solitaria dependentia*, cum a Deo solo, tanquam creaturæ, dependerent, cuius erant Enti ad dependentiam, quoad *feri*, quoad *esse*, quoad *operari*; sed per lapsum magis a Diabolo pendere voluerant: partim *honorem perpetua respicientia*, quò Deum indefinenter, & ejus creaturas respicere Diabolumque tanquam hostem Creatoris, despicer debuisse: sed nunc per lapsum respexerunt Satanam, & Evergetam suum despexerunt: partim *honorem perpetua audientia*, quò solum Deum, solum Dei verbum, solum Dei præceptum, non autem Cacodæmonis mendacium audire debuissent: partim *honorem perpetua reverentia*, &c: Sed hos, & alios honores miseri, vel incauti peccatores Deo denegaverunt, & omnem honorem ad novum Dominum, serpentem infernalem, transtulerunt. Non autem convenienti quod ullum erat malis his omnibus remedium, quam ut vera Theologia peccatoribus communicaretur, ut Deo spoliatos honores reddere, serpenti quales honores affectatos eripere possent.

Propter
δοξολογίαν

12. [6] Propter veram Dei *δοξολογίαν*: homo creatus, & bonis omnibus ad gloriam, & celebrationem creatoris exornatus erat, sicut & ipsi celi Dei gloriam enarrant, Ps. XIX. 1. & angeli suo Trisagio gloriam Creatoris semper celebrant, Ef. VI. 3. sed ex hoc choro divinæ laudis, & glorificationis, per apostasiam homines discesserant, & in foveam lamentantium, & Deum blasphemantium, & ejulantium, & ululantium descenderant: ex corde blasphemiarum contra Deum manabant, Matt. XV. 19. os maledictione, & amaritudine plenum erat: venenum aspidum infernalium sub labiis eorum, sepulchrum patens guttur eorum, lingvis suis dolose agebant, Rom. III. 13. seqq. sed quomodo peccator ad Dei laudem, & gloriam redire poterat? non nisi per veram Theologiam, qua Deum glorificare poterat, tum propter Dei veram *θεογνωσίαν*, & veram ejus *ευχαρίστησιν*, quando peccatores gloriantur in Domino propter salutarem Dei cognitionem, possessionem & fruitionem: tum propter veram *εαδολογίαν*, ex Anthropologia quia peccator gloriatur in Creatore, miser in beato, corruptus in Perfecto, damnatus in glorioso, &c. tum propter Christologiam, & admirandam principiorum, & mediorum salutis Oeconomiam,

nomiam, propter quam exclamare possumus cum Mose: Beatus es, tu Israel, quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino? scutum auxilli tui, & gladius gloriæ tuæ: fallentur inimici tui, & tu eorum excelsa calcabis: Deut. XXXIII. 29. imò cui Deus est scutum, & merces peccatorum, Theologiam profitentem, magnanimis, Gen. XV. 1. Propter hos, & alios Fines respectu Dei Theologia positiva statim protoplastis, & omnibus posteris est communicata. Sicut enim Deus propter *seipsum* decrevit omnia, fecit in tempore quoque singula, simulque dedit nobis omnia, sic etiam propter *se ipsum* Theologiam veram in Messia constituit, & hominibus peccatoribus eam proposuit propter *seipsum*, ut ipse posset in peccatoribus esse, vel in iis postlimini manere, suumque domicilium habere, & reciproce quoque peccatores in Deo esse, vivere, sapere, ac omne bonum opus facere possent.

13. (II.) *Ratione Messie*. Respectu cuius Caput Tertium itidem varios Theologiæ fines nobis offert, quia Theologia propter Messiam necessaria: (1) propter *Messie revelationem*, quia Theologia Protoplastorum Messiam revelavit. v. 15. (7) propter *Messie professionem*, vel traditionem, quia Theologia tota dicitur alias Christiana, vel Messiana, dum Christus est cor, & anima, sensus, & scopus, nucleus & fructus, ipsius Theologiæ: vel anima, seu forma, puppis, & prora, τὸ πᾶν Theologiæ: proponitur Messias in Principio, sicut enim medio, proponitur pariter in termino; proponitur in prolegomenis, & in eclegomenis: nullum in tota Theologia caput, vel articulus est, qui non ad Messiam respiciat: Messias est fundamentum, argumentum, complementum, & ornamentum totius Theologiæ. (3) propter *Messie cognitionem*: nam ut Theologia Doctorum Messiam tradit, & exponit; sic etiam Theologia discipulorum, vel auditorum Messiam cognoscit, sine cuius cognitione nihil est, nihil potest, nihil prodest in animabus nostris Theologia; sicut etiam Adam, cum Eva, veram Messiae cognitionem ex Theologia revelata Jehovah Elohim hausit, ita quidem, ut Adam statim fieret publicus Messiae Professor in Paradiso, quod nimirum tota Theologia sit professio vitæ Spiritualis, & cœlestis, v. 20. in semine mulieris, vel Messia, v. 15. Eva quoque domestica, seu privata professionis curam, tanquam Mater familias, suscepit, & Theologiam Messiae professa fuit, quod sit Theologia Viri Jehovah

*Ratione
Messia*

Mediatoris' in fiduciali possessione consistens ad salutem (4) *propter Messia fiduciale acquisitionē* c. IV. 1. acquisivi, per Theologiam revelatam, à Jehova Elohim in fide Messia; Virum Jehovah (5) *propter Messia fiduciale possessionē*: *וְיָשָׁב*. Possedi nim. in præterito, statim à prima Contritoris capitis serpenti patefactione, c. III. 15. *possideo* nunc in presenti, dū præterita Dei presentib9 æquipollent, & alias sibi fides omnia presentia facit: & *possidebo* post hæc in futuro tanqvā *Vitæ Symbolū*, & *Speculū* in *Eve* nomine, qva cunctis viventibus in Messia vitæ faciem præfero, viamq; lucis doceo, & tanqvā Mater viventiu, omnes in via lucis, & Vitæ duco [6] *propter Messia salutarem operationē*, qvia Theologia Messiana docet, quod Messias sit Maledictionis sublato, qvoad bona privativa, & consolationis, vel omnis Benedictionis, collator, qvoad bona positiva, quod ex Protoplastorum Scholis Lamech aperuit, c. V. 29. hoc est, sit verus *justificator*, cū justificatio Messia *formaliter* consistat in *remissione peccatorum*, qvoad bona privativa, & in *justitia Christi imputatione*, seu veræ benedictionis, & consolationis collatione, qvoad bona positiva, &c.

14. (III) *Ratione Verbi*, sic *Adami Theologia*, ratione revelati *R. Verbi. verbi*, considerari debebat (1) *ut esset Verbi principiatum*; sicut enim verbum ratione mentis, & Oris Dei primum principium, sic Theologia huj9 principii debuit esse principiatū. (2) *Ut esset Verbi compendium*: nam multa per verbū Jehovah Elohim sunt revelata, sicut ex Textu prolixè demonstrari posset: sed compendium Verborum est Theologia, nimirum, qvoad *finem* in Jehovah Elohim, ejusq; fruitione; qvoad *subjectum*, in homine peccatore; qvoad *Oeconomiam* Principiorum, & mediorum salutis, in Messia, vel Semine mulieris. Tale *Compendium* proponit *Adam* v. 20. Ego peccator, & mortalis homo, (qui pulvis sum, & in pulverem re-revertar v. 19) vivo in restitutione, seu fruitione Jehovah Elohim per Semen mulieris, Autorem Vitæ, Act. III. 15. Simile *Theologie Compendium* Eva pariter ex verbo revelato mox in sua domo, tanqvā Mater familias, & privata Doctorissa, promulgavit, c. IV. 1. Ego misera peccatrix, [subjectum Theologiæ,] Jehovah Elohim ad fruitionem possideo, per Virum Jehovah Mediatorem, ejusque

eiusque salutarem Oeconomiam. (3) *ut esset verbi nucleus*, (4) *Verbi primum objectum*, (5) *Verbi principalis sensus*, [6] *Verbi potissimus scopus*, [7] *Verbi primum argumentum*, (8) *Verbi proportionatum centrum*, (9) *Verbi salutaris effectus*, (10) *Verbi saluberrimus fructus*. &c.

R. sui

15. (IV) *Ratione sui*, h. e. *Adamicæ Theologiæ*, finis est vel *internus*, isque vel *immediatus*, nimirum *Protoplastorum ad salutem perductio*, quæ dicitur alias *finis internus Theologiæ*, II. Tim. III. 15. quia vere per hanc Theologiam Protoplasti peccatores sunt ad salutem perducti; vel *mediatus*, ratione *posterorum*, quia per hanc Adami Theologiam positivam, & posterius perducere debuerunt ad salutem, siquidem per totum intervallum antediluvianum præter hanc nulla legitur alia Theologiæ positivæ revelatio: hæc igitur omnibus, & singulis fidelibus inservire debuit, atque potuit: Vel *externus*, qui rursus vel est *subordinatus*, *Messiana Fides*; vel *ultimus*, *Messiana salus*, ex illo Job. XX. 31. nam per hanc Theologiam positivam, & vere crediderunt Protoplasti, dum nullum prorsus dubium Jehovah Elohim opposuerunt, sed citra moram simpliciter omne verbum ejus firma fide receperunt, sicut ex v. 9. seqq. liquet: per hanc Theologiam etiam protoplasti verè cum omnibus posteris salvati fuerunt.

16. (V) *Ratione Protoplastorum*, sic hæc Theologia Messiana multiplicem respicit finem: (1) *Matæologias remotionem*: mendacæ serpentis Matæologiam antea per serpentis seductionem, & deceptionem, v. 12. & 13. ad miserant, sed novam nunc Theologiam positivam accipiebant per Jehovah Elohim revelationem, ut serpentis Matæologiam, vel Pseudo-Theologiam prorsus repudiarent. (2) *Serpentis seductionis aversatio*, nam propterea novam Jehovah Theologiam probare debebant, ut vetusti fermenti Theologiæ serpentis non modo nuncium mitterent, sed etiam Diabolum in omnibus fugerent. (3) *Serpentis oppugnatio*: nam propterea dabatur hæc Theologia Protoplastis, ut per eam Diabolum, & omne semen ejus oppugnarent, v. 15. (4) *Armatura Militantiæ instructio*. Nam hæc Theologia totam armaturam militantium Messianorum contra serpentem, & semen ejus, complectitur. Conf. Eph. VI. 11. seqq. Peccatores Protoplasti per se contra serpentem, & copias ejus militare, vel pugnare non poterant, cum per peccatum victi, prorsusque dejecti sub potestate Draconis jacerent, & cæcis mysticis peccatorum ligati prorsus inermes, & imbelles essent: sed per hanc Theologiam armabantur, & ad militiam preparabantur, ac ad prælium animabantur, ut Messiam Ducem sequerentur. (5) *Militantium probatio*, vel *exploratio* vid. per varias cruce, & calamitates, per labores, & dolores, v. 16. seqq. (6) *Ex-*

R. Proto-
plastrum

(6) Ex-

(6) *Exploratorum, & probatorum militantium Victoria*. (7) *Vincensium Triumphum*. (8) *Triumphantium salus*. (9) *Salvatorum Vita* v. 20. & *justitia* v. 2. (10) *Vicentium gloria in Messiam* &c. quæ cum aliis ex textu multis illustrari possent, si tantum angustia chartarum ea caperet.

R. Posse-
rum

17. (VI) *Ratione posterorum* iidem observandi sunt *Fines Adamicæ Theologiæ*, quia *jus Protoplastorum est jus posterorum, Gratia Protoplastorum Gratia Posterorum, Messias Protoplastorum, Messias posterorum, Fides Protoplastorum Fides Posterorum, salus Protoplastorum salus Posterorum, Theologia Protoplastorum Theologia Posterorum.*

R. Diabolo-
rum

18. (VII) *Ratione Diabolorum* habet etiam *Adamica Theologia* suos fines, nimirum per hanc Theologiam (1) *Dominium serpentis abiciamus*, quia *Dominium* hoc ex jure peccati super homines affectabat: sed per hanc Theologiam *dominium* hoc miser homo prorsus annihilare poterat, dum per *Messiam* huic *Dominatori* suū caput conculcabat. (2) ut per hanc Theologiam *calliditatem serpentinam, & Diabolicam evertimus*. (3) ut per hanc Theologiam, tanquam veram, veræque divinam sapientiam, *Mendacium, & Maledictio-
nem serpentis repudicemus & refutemus*. (4) ut per hanc Theologiam *inimicitiae* contra *Diabolum* cordibus nostris *concipiamus*. (5) ut per hanc Theologiam bellum contra *satanam* moveamus, & perpetuam ei pugnam indicamus, (6) ut per hanc Theologiam *convenientibus, & sufficientibus armis nos instruamus*. (7) ut per hanc Theologiam *indefinenter contra Satanam pugnemus*, (8) ut ad *vicloriam* usque contra *Diabolum* in fide pugnemus, cum *fides* nostra sit *Victoria*. Joh. V. 4. (9) ut per hanc Theologiam ex *Victoria* pacem, & gloriam possideamus. (10) ut *Epimicion* contra *Satanam* decipiamus, & *Triumphum* ex *Triumpho* per omnem vitā ducamus.

R. Bonorum
Angelorum

19. (VIII) *Ratione Bonorum Angelorum*: sic *Adamica Theologia* finis (1) *Bonorum Angelorum appropinquatio*, dum *protoplastis Cherubim* statim post hanc Theologiam appropinquant. (2) *Bonorum Angelorum associatio*, quia per hanc Theologiam *Cherubim* non tantum appropinquant, sed etiam iis se confidenter associant. (3) *Bonorum Angelorum ministratio*, quia per hanc Theologiam *Angeli*, boni non modo sunt peccatorum socii, sed etiam ministri, dum auctu ministerii eorum suscipiunt, & vigilias ac excubias perpetuas contra *Satanam* agunt. (4) *Bonorum Angelorum præservatio*, quia *miseri* homines ad peccata præclives, a peccatis præservare student. (5) *Bonorum Angelorum conservatio*, quia per hanc Theologiam penitentes homines in bono conservantur, ne contra *Dei* voluntatem de vitæ ligno comedant. (6) *Angelorum bonorum cohabitatio*. (7) *Bonorum Angelorum Defensio*. (8) *Bonorum Angelorum cohabitatio*. (9) *Bonorum Angelorum communicatio*. (10) *Bonorum Angelorum communis glorificatio*, &c.

R. Malorum
Culpa

20. (IX) *Ratione Malorum Culpa*, quia Theologia *Messiana* dicitur peccatoribus *penitentia*, & *reditus ad Deum* janna, peregrinantibus in Evangelio *Via*, laborantibus, & agrotantibus *Medicina*, esuriensibus *cibus*, &c.

Pena

21. (X) *Ratione Malorum pena*: sic Theologia *Adamica* fit (1) *Malorum punie mitigatio*. (2) *Fidelium in malis penæ conservatio*. (3) *Fidelium in malis confortatio*. (4) *Fidelium in malis cooperatio*. &c.

DISPUTATIO ARCHONTOLOGICA THEOLOGICÆ
POSITIVÆ ADAMICÆ,
CAP. VI.Disp. VI.
Resp.
M. Nicol.
Panecius
Zitt-Luf.

DE PRINCIPIO THEOL. EFFICIENTE.

Post *Finale Theologia Principium* sequitur *Efficiens*, quia propter finem hoc agit, & per finem ad agendū movetur, cum *Efficiens* omne agat non frustra, sed propter certū finem. *Efficiens Theologia positiva Adamica* vel est *Principale*, vel *Instrumentale*, vel *Ministeriale*, pro ratione *Theologiae positivae generalis*.

Efficiens:

Triplex:

2. *Principium Efficiens Magisteriale*, quoad *Theologiam Adamico-Positivam* rursus est vel *impulsivum*, vel *meritorium*, vel *operativum*; illud dat ansam, istud formam, hoc energiam; illud excitat, istud fundat, hoc esse parat; illud dat incrementum, istud fundamentum, hoc complementum; illud dat motivum, istud meritum, hoc effectum &c.

3. *Principium Impulsivum Magisteriale* dicitur *Gratia Dei*, *Impulsivum* quia *Theologia* per se causa movens *Gratia Dei* vocatur, prout multis id in *Theol. Bibl. Archontol.* p. 37. declaratum ex 1. Cor. III. 10. Et alias *Paulus* inquit de se, tanquam *Theologiae*, vel *Ecclesiae Doctore*, 1. Corin. XV. 10. *Gratia Dei sum id*, (nim. *Apostolus*, & *Theologicae doctrinae Professor*), quod sum. sic etiam 1. Cor. III. 10. *Gratiam Dei* peculiariter ad *Theologiae positivae Definitionem* accommodat. Vid. *Synops. Theol. Bibl. in Archont.* p. 7. ubi ex hoc *Oraculo* tum notavimus *Causam Efficientem*, partim *positivam causam moventem*, *Gratiam Dei*; partim *positivam causam disponentem*, & *mensurantem*, in voce *Secundum*; partim *positivam causam agentem* in voce *Dei*, qui principaliter ponit *Theologiam positivam* in *Decretis*, *Dictis*, & *Factis*; partim *positivam causam Oeconomice proponentem*, quæ dicitur *Paulo*, cū *συνεργῶς*. Tum *Causam Materialē*, quæ *ὁλοκῶς* est *fundamentum Christus*, qui omnia *materialia* complectitur, dum *mysticus Architectus* sine *materialibus* non ædificat, nec *Spiritalis agricola* sine *seminibus materialibus* seminat, quæ *materialia* sunt *Articuli fidei*; Tum *Causam formalem*, quæ dicitur ipsa *Positiva*.

positiva Theologia, τὸ θεῖον : nam quod Spiritus S. ponit, illud vere *positivum* est, quoad *positivam naturam*, *positivas affectiones*, & *positivas operationes*; Tum *Causam finalem*, quare ratione finis vel est *relativus*, respectu *collaboratorum superedificantium* v. 10. partim *absolutus*, ut *edificium fiat*, & sit *Domus*, vel *Templum Domini*, v. 16. seqq. Hæc Gratia quoque fuit *motivum positivæ Theologiæ Adamicæ*. Nam Gen. III. 8. seqq. indicatur, & *causa movens ab extra*, nimirum *Hominiis miseria, ignorantia, & maleologia*, per Satanam introducta, v. 6. 7. sic *lapsus Protoplastorum* fuit *motivum Theologiæ positivæ*. Et *causam movens ab intra Dei Misericordia*, vel *Gratia*, quam spirant omnia Dei dicta, facta, signa, in paradiso.

Meritorium
177.

4. *Principium Theologiæ positivæ Adamicæ Meritorium*, est verum *meritum Seminis mulieris*. Nam *Adamus* meritis est hanc *Theologiam positivam* (1) non propter *suam naturam*, quam prorsus corrumperat, & coram Deo detestabilem, & abominabilem per lapsum effecerat. (2) neque propter *imaginem divinam*, quam penitus amiserat, ejusque loco peccatum, veram *Diabolicam larvam*, assumerat. (3) neque propter *suam eminentiam*, dum omnem *eminentiam*, & *perfectiōem*, a Deo con creatam, perdiderat. (4) neque propter *aliquā theophiliam*, quod ex amore Dei vel appropinquaverit, vel coram Deo se humiliaverit, cum Deus humilibus det gratiā, 1. Pet. V. 5. Adam verò lapsus ex odio se per peccatū a Deo separabat, Esa. LIX. 2. non ad eum ex amore propinquabat, Deo non adhaerebat, sed ipsum fugiebat, & tanquam æmulus Diaboli superbus contra Deum erat: Deus autem superbis resistit. 1. Pet. V. 5. (5) neque propter *suam theophiliam*, quasi Deum honoraverit, & apud Deum hocce modo se quoad antenus insinuaverint: non enim *Timotheus*, sed *Timo-diabolus* tunc erat. (6) neque propter *suam theodidactiliam*, quia non Dei, sed Diaboli tum temporiserat servus. (7) neque propter *suam euphrasiam*, quia non bona, sed mala tantum operabatur. (8) sed potius propter *Seminis mulieris meritorium presentiam, influentiam, & energiam*, quia *Semen mulieris* aderat, suoque merito lapsis hominibus omnia mala, cum iis etiam *ignorantiam Dei, rerumque divinarum, & maleologiam, ac Pseudo-Theologiam serpentis* tollebat, & omnem Dei, rerumque divinarum
scien-

scientiam, veramq; Theologiam salutis apud Deum ipsis impetrandō conferebat, imò protoplastis ipsa sapientia fiebat, quia factus nobis peccatoribus omnibus sapientia, 1. Cor. I. 30. Messia sapientia peccatoribus verissima, aptissima, convenientissima, constantissima, perfectissima sapientia, vel etiam optima Theologia.

operativum

5. Principium Theologiæ positivæ Adamicæ causaliter operativum est Jehovah Elobim, Deus quoad Essentiam unus, & quoad personas Trinus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

Negativum
non Diabolum.

6. Principium hoc Efficiens consideratur [1] Negative, (2) Positive, quando Caput Tertium Geneseos introspicimus. Negative Principium Theologiæ Positivæ Adami (1) non est serpens, ut pote (a) qui ακακοδαίμων, non καλοδαίμων. Hæc autem Theologia bonum verbū, Psal. XLV. I. bona Salutis doctrina. (b) quia calliditatis, & astutia, non autem sinceritatis, veræque sapientia, vel inventor, vel propagator, v. I. Theologia v. nostra, vel etiam Adami vera Sapientia, 1. Cor. II. 7. & omnis puritatis, atque sinceritatis medium, Psal. XII. 7 (c) quia falsitatis, & mendaciorum, ac omnium doctrinalium corruptelarum primus est inventor, v. 7. seqq. Nostra verò Theologia divinæ veritatis verbum, Col. I. 5. divinorumque Mysteriorum promtuarium. (d) quia serpens potius mataologus, aut Pseudo-Theologus, quam verus Theologus, extitit, dum veritatem in vanitatem, bonitatem in pravitatem, sapientiam in insipientiam, &c. commutavit. (e) quia saltem est Dei simia, non verus Mysta. (f) qui perperam coram protoplastis amulatus est divinam revelationem, divinam allocutionem, divinam inspirationem, divinam verbi promulgationem, verbi divinam allegationem, verbi divinam interpretationem, &c. sed hæc omnia tantum ex calliditatis tripode, nimirum ut hominem deciperet, falsam pro vera Theologia substitueret, hominem apostatam, & inimicum Dei redderet, imaginem divinam eidem eriperet, & larvam suam infernalem obtruderet, &c. sicut etiam in Gentilismo talis Arbi Theologo esse, suisque Sacerdotibus idololatricis instar Numinis præesse voluit, dum imitatus est (1) divinam revelationem, (2) divinam inspirationem, (3) divinam prophetarum missionem, (4) divinam verbi promulgationem, (5) divinam Verbi allegationem, (6) divinam Verbi, vel authenticam interpretationem, (7) divinam verbi per miracula

culi, vel potius mira, confirmationem, [8] Divinam adorationem, quæ prolixius in Theol: Positivo-Polem. Archontol. p. 18. diducta. (g) quia tantum *sophista*, non autem veræ Theologiæ *dogmatista*, dum omnes communes fallacias, vel *sophisticationes*, præter alias fraudes, Evæ verbis brevissimis obtrudit, & ex improvise talibus ipsa in meram confusionem detrudit, cum tot stratagematibus *sophisticis* imbecillior sexus facile confundi potuerit, sicut à nobis non uno tantum in loco demonstratum est Vid. *ἀπὸ τῶν ψεύδους* omnium Heret. ex Gen. III.

Nec Adamus.

7. (2) Nec est Adamus: licet enim antea magnā sapientiā per illustrem creationem, & perfectam Theologiam, sive naturalem, sive legalem, possederit, Gen. I. 26. 27. c. II. 17. tamen per lapsum omnem hanc Theologicam perfectionem amisit, omnem mentis obtenebrationem, omnem rationis obtusionem, omnem conceptuum confusionem, omnem cogitationum exorbitationem, omnem ignorantie infusionem, omnem errorum multiplicationem, & alia mala quævis contraxit, atque sic ex perfecto Theologo Mateologus imperfectus evasit. Nam Gen. III. deprehendimus, Adamum (a) ut Atheologum, ratione causa, quia profusus à Deo defecit, & ad scholas Serpentis per Apostasiam transiit. (2) ut Pseudo-Theologum, ratione materia, quia cum patre mendacii, serpente paradisiaco, Joh. IIX. 44. circa mera mendacia, cum primis mendacem, & fallacem Theologiam, versatus, & in eadem occupatus. (3) ut Phenomeno-Theologum, vel Hypocritico-Theologum, ratione formæ, dum Theologus videri vult, manet in paradiso, Dei Schola, vel Gymnasio, utitur verbo, sed pessimum per abusum, &c. (4) ut Mateologum, quia per seductionem, vel deceptionem serpentis, ut Eva diserte faretur, v. 13. tantum pro veritate vanitatem, pro plenissima realitate meram inanitatem, pro omni saltem Nihil, pro bonis mala, pro beneficiis supplicia, pro mundo splendidissimo caliginosissimum tartarum, vel infernum venatus est.

Nec Eva

8. (3) Nec est Eva, quæ prius quidem etiam imagine divina, vereque Theologica sapientia fuit illustris, hinc cum Adamo c. I. 27. imagine divina donata, c. II. 20. seqq. notitia Dei, mundi, creaturarum cælestium, & terrestrium, simplicium, mixtarum, vegetabilium, sen-

sensibilem, & rationalium ornata, sapientia, non tantū naturali, sed & legali prædita, consequenter paradisiaca Theologia dotata, qva de causā cum serpente callidissimo congregiebatur, disputationem arduā ingrediebatur, astutissimo, versipelliq; Spiritui contradicere moliebatur, &c. sed postea seducta, vereqve decepta, v. 13. in tenebras caliginosissimas incidit, & de vera salutis Theologia nihil quicquam conferre potuit.

9. *Nec Angelus bonus, vel ullus Cherubim, siquidem Angeli tantum sunt Theologiae Ministri, non Magistri, testes, non antistes, extraordinarii Doctores, non autem Rerum Theologicarum autores, divinorum Mysteriorum admiratores, non scrutatores, qvia Spiritus Dei saltem ea, qvæ Dei sunt, & לא באבן נבזי scrutatur, i. Cor. II. 10. 11. Verbi defensores, non inventores, fidei coadjutores, non datores, salvandorum custodes, & vigiles, non ipsi salvatores, v. 24.*

Nec Angelus.

10. *Affirmative dicitur, quod solus Jehova Elobim sit Autor Adamicæ Theologiae positivæ principalis, & quidem (i) גזר ודאס, vel Essentialiter: (a) qvia Jehova Theologiam hanc promulgavit: Jehovæ nomen autem essentiale Nomen. (b) qvia Theologia primorū Messianorum est opus ad extra, sed hæc opera sunt essentialia, cum Essentia sit primum, atqve radicale principium omnium affectionum, & operationum. (c) qvia Deus est causa Theologiae: causa v. cum causato disjunctivam affectionē Entis infert. (d) qvia cuncta, qvæ cum Adamo, quoad lapsus reformationem, & naturæ restitutionem, à Deo suscipiuntur, ad Deum essentialiter referuntur. (e) qvia Theologia positiva dicitur esse; verbum autem & oris, & consequenter mentis divinæ: mens autem essentialiter Deo, tanquam Spiritui, competit. (f) qvia Deitatis Essentia principium omnium, propter aseitatem, & independentiam: Ergo quoque Theologiae Adamicæ.*

Affirmative ve גזר ודאס

11. *וְשֵׁם אֱלֹהִים vel personaliter, idque duplici ratione, vel conjunctim, dum in nomine Jehova Elobim אֱלֹהִים vox Elobim pro tribus personis, quoad materialem significationem, supponitur, unde וְשֵׁם אֱלֹהִים omnes tres Elobim אֱלֹהִים vel Dicentes, אֱלֹהִים includit, dum primū Omnes Tres, in itar Autoris Theologia, loquuntur, singula verò persona sibi postea unam, & eandem causalitatem Theologiae*

וְשֵׁם אֱלֹהִים

ἰδιοπονη-
κῶς Patri.

logiæ peculiariter appropriare deprehenduntur. Nam καὶ ὁρίαν
& καὶ ἀπὶαν unus est *autor Theologiæ, & Principalis causa*, Deus Tri-
nus, vel omnes tres personæ simul: sed distinctim καὶ οἰκονο-
μίαν, vel ἰδιοπονηκῶς, sibi Pater Jehova Elohim peculiariter Theo-
logiæ causalitatem appropriat (1) tanquam Pater volens, (2)
tanquam Pater providens, (3) tanquam Pater decernens, (4) tan-
quam Pater Dicens: (5) tanquam Pater instar Doctoris deambu-
lans, (6) tanquam Pater obambulando informans, (7) tanquam
Pater vocans, (8) tanquam Pater examinans, (9) tanquam Pater
per vocem revelans, (10) per Spiritum applicans, &c.

Filio.

12. Deinde per ἰδιοπονηκῶς peculiariter etiam Filio Jehove
Elohim Theologiæ causalitas accommodatur: (1) tanquam Patris
voci, quæ sonat, & resonat ex corde Patris. (2) tanquam Ver-
bo Patris: dum Vox, & Verbum h. l. συναρόμωσ adhibentur
(3) tanquam Patris Filio, dum Filius, & Verbum Patris, juxta
scripturam, inter se reciprocantur. (4) tanquam Patris Media-
tori, quia Pater, mediante Verbo, Theologiam Protoplastis
manifestavit. (5) tanquam Patris Oratori, quia λόγος, & O-
rator Patris. (6) tanquam Patris Narratori, quia Decretorum
Patris Enarrator Conf. Psal. 11. 6. Job. 1. 18. Deum nemo vidit
unquam, Filius, qui in sinu Patris nobis ἐξηγήσατο, enuncia-
vit, & enarravit. (7) tanquam Patris, interpreti, quia vocatur
aliàs Angelus Ὑλῆς Interpres Job. XXXIII. 6. & Protoplastis
etiam ratione Theologiæ fuit paternæ voluntatis interpretes. (8)
tanquam Patris Prophete, qui nomine Patris, tanquam Prin-
ceps Prophetarum, primam, & primariam Prophetiam revelavit.
(9) tanquam Patris Evangelistæ, quia statim in Paradiso fuit
Protevangeliſta, v. 15. (10) tanquam Patris legato, vel Mini-
strissimo, qui partes principalis Legationis, & administrationis,
tanquam Archi-Theologus, jam in Paradiso suscepit, & expedi-
vit, & laudatissimum coram Protoplastis Charum Expeditionum
initium, ac indicium fecit &c.

Spiritu

13. Denique per ἰδιοπονηκῶς Theologiæ causalitas etiam ad
Spiritu Sanctum relata: [1] Tanquam Spiritum Dei, sicut diser-
te vocatur, qui tenebras, vel noctem Matræologias Satanicæ
dissi-

dispare, *Diem Theologiae divine*, vel *Messianæ* primitus inchoare debebat. (2) tanquam *Spiritum lucis*, quia sine luce mystica dies gratiæ nec est, nec esse potest. (3) tanquam *Spiritum Veritatis* Joh. XIV. 16. 26. & ipsam Veritatem, 1. Joh. V. 6. nam mystica lux, vel Evangelium est Veritas. (4) tanquam *Spiritum Elohîm*, qui Patri, Filioque communis, Gen. I. 2. & videt, ut Elohîm videns, v. 4. 7. &c. *τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ*, & nobis revelat, 1. Cor. II. 10. (5) ut *Spiritum Patris*, qui loquitur Theologiam in omnibus Viris *θεομαρτυροῖς*, Matt. X. 19. 20. & in Protoplastis statim in Paradiso locutus est [6] ut *Spiritum Messia*, Esa. XI. 2. LXI. 1. Evangelizantem, & Messianam Theologiam promulgantem. [7] ut *Spiritum Testamenti*, quia cum Patre, Filioque, testatur in cælo, 1. Joh. V. 7. & de Theologia testatus est in protoplastorum cordibus. (8) ut *Spiritum illuminantem*, Eph. I. 17. 18. qui corda protoplastorum per Theologiam illuminavit. (9) ut *Spiritum Vitæ*, quia spiritualiter mortuos protoplastos per Theologiam vitæ v. 20. vivificavit, cum aliàs sit *Spiritus Vitæ*, Rom. IX. 2. (10) ut *Spiritum fidei*, 11. Cor. IV. 13. quia per fidei Theologiam protoplastos fide donavit.

14. *Media Causa* dicitur ipsa *Dei Revelatio*, de qua multa dici possent. Vid. *Theol. Bibl. Archont. p. 161. seq. Synops. Theol. p. I p. 39.* Dicitur etiam *Media* causa ratione *positive Theologiae Adamicæ*. (1) *respectu Dei*, quia Deus hac revelatione tanquam medio, fuit usus. [2] *ratione sui*, quia velamen est sublatum, & per revelationem omnia salutaria manifestata sunt. [3] *ratione objecti*, quia *τὰ ἀκρυβητά* 1. Cor. II. 10 omnia mysteria recondita sunt patefacta. (4) *ratione scopi*, quia protoplasti cum omnibus peccatoribus obscurissimis, & tenebrosissimis per hanc revelationem sunt illuminati, sicq; tota Theologia positiva protoplastorum per hanc revelationem, tanquam mediam causam, suos natales accepit.

15. (1) Est autem hæc *Revelatio* (1) *Verū mediū*, ratione *Dei*, quia Deus hac revelatione, tanquam convenienti medio, respectu traditionis Theologiæ totius utitur, & nonnisi mediante revelatione secreta cuncta salutis, quibus hominum peccatorum restitutionem promovere volebat, protoplastis, & omnibus ipsorum posteris patefecit. Revelatio talis verè media causa dicitur, dū media stat inter Deum revelantem, & inter hominē cui fit Theologiæ revelatio

Media.

an
quæ

...theologiae Adamicæ...

DE REVELATIONE DIVINA

48

velatio, siquidem Deus mediante revelatione tradit active Theologiam, instar Doctoris, & Peccatores mediante revelatione, tanquam auditores, passivè, vel subjective Theologiam recipiunt.

16. (2) Est præterea verum principium Theologiæ divina hæc revelatio, ratione rei, vel *Adamica Theologia*, quia cuncta vel Myſteria, vel Membra Theologiæ Positivo Adamicæ non aliunde procedunt, quam ex revelatione divina, siquidem hæc revelatio principium est patefactionis, principium constitutionis, principium cognitionis, principium propagationis &c. vel etiam principium suò modò tum fiendi, tum essendi, tum cognoscendi.

17. (3) *Norma*, vel *Regula*, ratione nostri, vel ipsius *Adami*, seu subjecti, quia secundum hanc revelationis sanctissimi tum Adamus, tum posteritas ejus, omnem Theologiam cognoscere, totamque suam vitam, quoad credenda non tantum, sed quoad agenda pariter dirigere debuit.

18. Est autem *Revelatio Adamica* nihil aliud, quam *actus Dei Externus*; quo sese protoplastis per verbum patefecit ad salutarem ipsorum informationem: Hæc Definitio causas omnes complectitur, quas exprimere modo non licet.

19. Naturam sequuntur *Attributa Divina Revelationis*, (1) *Veritas*, quia Deus Veritatis Ps. XXXI. 6. revelationis Autore. (2) *Perspicuitas*, quia perspicue tradit totam legem Gen. II. 17. & Evangelium c. III. 15. (3) *Firmitas* vel *certitudo*, quia divina revelatio protoplastorum animos in momento certos & immotos reddidit (4) *Jucunditas*, quia timorẽ omnẽ Adamo sustulit, eũ ex fuga reduxit, deliciis mysticis cor ejus replevit, spiritualẽ quietẽ, & refoctionem contulit (5) *Necessitas*, quia sine tali revelatione protoplastis nulla salus contingere potuisset (6) *Utilitas*, quia salutẽ externam, internam, & æternam peperit.

20. *Naturam & Attributa*, sequuntur *varie revelationis Oeconomia* ratione principii, medii, subjecti, modi, scopi &c. quæ modo producere non possumus.

*Infima
Causa.*

21. *Infima causa* dicitur *Adamus Theologus*, qui dicitur *immediata causa Ministerialis*, sicut etiam illustrem viam, vel Messiam professionem instituit, v. 20. prout pecul. Disput. demonstratum id dedimus: Mediate vero Patriarchæ, Propheta, & alii Theologi, ministeriales hujus Theologiæ facti sunt Interpretes, & propagatores.

DISPUTATIO ARCHONTOLOGICÆ THEOLOGICÆ
POSITIVO ADAMICÆ,
CAP. VII.

DE ARTICULI FIDEI.

DISP. VII.
R.M. Ju-
lius Fri-
dericus
HART-
MANN.
Eswala
Curland.
Principia
Essendi.

EXpedivimus in doctrina de Principiis Positivo-Adamica Theologiae primum Fiendi principia, proximum est, ut ad Es-
sendi principia digrediamur. Horum principiorum iterum
sunt duo, Materia nimirum, & Forma, quorum utrum-
que concurrat ad intrinsecam Theologiae Constitutionem, pri-
or tanquam principium activum, hinc prior est patiens, posterior
tanquam principium passivum, vel recipiens, posterior agens,
prior constituit materialiter, posterior formaliter;

2. *Materia* communiter non dicitur unius generis, cum alia
sit ex qua, alia sit in qua, alia circa quam. Illa dicuntur *Articuli fi-*
dei, ista peccatores, haec vera Religio: illa dicitur principium veræ con-
stitutionis, ista subjectum inhaesionis, est Homo peccator, haec ob-
jectum operationis, vel occupationis, nimirum vera Messiana
Religio. Hac vice potissimum de Theologia positivo-Adamica *Arti-*
culis fidei breviter agemus.

3. Quod dentur, quoad *Existentiā*, hujus Theologiae Positivo-Adamicae veri *Articuli fidei*, patet, (1) ex *existentia* Totip: datur enim To-
ta Theologia positiva Adami; proinde dantur etiam partes: da-
tur Theologiae corpus integrum, ergo quoque dantur membra,
vel articuli. [2] ex *actuali existentia* principaliter revelantis: quia Je-
hova Elohim ipse, tum universam Theologiam cognitu, cre-
ditque necessariam ad salutem proposuit, tum etiam certas par-
ticulas, vel articulos, in eadem exposuit. (3) ex *actuali existentia*
causa mediae, divinae scilicet, revelationis: quicquid autem DEUS actu
manifestavit, illud revera datur, neque salva veritate negatur.
[4] ex *actuali existentia* ipsorum articulorum, prout ex sequentibus
apparebit. (5) ex *actuali revelatorum articulorum differentia*, quia
Theologiam Adami positivā verè distincta mysteria, tanquam
partes, ingrediuntur, quæ jure quoque articuli fidei nuncupan-
tur. (6) ex *exteriori evidentia*, qui nobis diversos articulos monstrat
Gen. II. 8. seqq.

G

4. Quid

Essentia

4. Quid sint *Articuli fidei*, quoad *Essentiam*, Definitione communiter explicatur: sic dicitur, quod *Articuli fidei* sint *capita doctrinae caelestis*, in verbo Dei patefacta, de iis, quae credenda sunt ad salutem aeternam.

5. Haec omnia sunt in λόγῳ veritatis posita, quoad *Adamica* etiam *Theologiam*. Nam Adam habuit [1] *Veram doctrinam*, (2) *caelestem doctrinam*, coelitus a Jehova Elohim traditam: (3) *Distincta capita Doctrinae caelestis*, prout evidenter ex Gen. III, 8. seqq. patescit. [4] *Verbum Dei*, per ipsum Os Jehovae Elohim promulgatum. [5] *Patefactionem* per Dei verbum, tanquam medium spiritualis lucis, & illuminationis. (6) *credenda*, quae juxta divinam voluntatem credere debuit (7) *Credenda* pariter ad salutem aeternam.

6. Haec omnia clarius innotescunt, si definitio per *analysin* consuetam exponitur. *Definitum* sunt *Articuli fidei Adamicae*. Quo termino, tum *materiale*, tum *formale*, tum *finis*, tum *Efficiens* notatur: *Materiale* dicitur *fides*, quae non *subjectiva*, sed *objectiva*, non *organica*, sed *dogmatica*, non qua, sed quae creditur. *Formale* notat vox *Articulorum*, qui, ceu media, totam *Theologiam* ingrediuntur, & ad practicū esse restringuntur: vocantur *Adamici*, ratione *finis*, dum Adamo, & ejus posteris destinati fuerunt: & ratione *Efficientis*, dum ab Adamo Theologo propositi fuerunt.

Genus;

7. Ratione generis ponuntur *Capita Doctrinae Caelestis*, quia partes definiuntur facta mentione totius, sed in *casu*, non *recto*, verum *obliquo*, quia pars non est ipsum totum, sed aliquid totius. Totum hic est *Doctrina caelestis*, & *articulus* quilibet *fidei* protoplastorum dicitur *pars*, vel *particula*, vel *articulus*, hujus totius doctrinae caelestis, vel *Theologicae*.

Differentia.

Eff. prima.

8. Ratione *Differentiae* notantur *Causae*. (1) *Efficiens Causa* primum saltem adducitur *primaria*, quae dicitur *Jehova Elohim*, *Deus* quoad *Essentiam* unus, quoad *subsistentiam* *Trinus*, omnium *articulorum fidei Theologiae Positivo-Adamicae*, prom9 condus *immediatus*, verus *Architheologus*, qui solus totam Adamo fidei doctrinam immediate proposuit, & singula credenda peculiariter, tanquam fidei *Articulos*, exposuit, & ut adeo certi simus, non ullum alium

alium autorem esse laudatorum Articulorum fidei, propterea
 saepius augustum hunc titulum in hoc capite repetiit. *Causa Mi-*
nisterialis itidem est vel *prima*, nimirum *Adamus* v. 20. & *Eva* c. IV.
 vel *orta*, *Seth*, *Enos* v. 26. *Henoch* c. V. 22. *Lamech* v. 29. *Noa* c. VI. & c.

Media.

9. (2) *Causa Media* dicitur *Patefactio*, vel *revelatio divina*, quæ
 vero non intelligitur alia, quam ipsū *Verbum Dei*, cum fides omnis
 debeat esse certissima. Jam autem vix alia dabitur *patefactio cer-*
tior, præter eam, quæ fit *Dei verbo*. Sic autem certum est ex *Gen.*
 III. quod omnia capita doctrinæ cælestis, *Adamo* patefacta, non
 per aliud medium, quam per unicum *Dei verbū* manifestata sint.

Instrumentalis.

10. [3] *Causa Instrumentalis*, quæ *Dei Verbum*, quod hic *Jehova*
Elohim, ad articulorum fidei promulgationem, tanquam *Positi-*
va Theologia *Adamicæ* medium, vel etiam *cognoscendi principium* ad-
 hibuit; cum *Verbum* revera sit ὁ θεὸς in omni *Theologia* τοῦ
 πατρὸς. Quod in *verbo* traditum, illud recipitur, & creditur; quod
 autem non revelatum in *verbo*, rejicitur, & contemnitur.

Materialis
Ex qua.

11. (4) *Causa Materialis*, quoad *materiam ex qua*, sunt multa
 credenda, dum *numeri pluralis* mentio fit; nam & multa dantur
Theses, & *Questiones*, ad plenam fidem requisitæ; Hinc vocantur
 aliàs τὰ τῶν Θεῶν *Matt.* XVI. 23. quod non inconvenienter ad *Essenti-*
am refertur, dum eisdem opponuntur, juxta contextum, τὰ τῶν
 ἀνθρώπων, vel juxta v. 17. τὰ τῆς σαρκὸς καὶ αἱμάτων: sicut etiam scri-
 ptura vocat *articulos fidei*, vel eorum *materialia*, τὰ τῶν πατέρων *Luc.*
 II. 49. respectu *primæ personæ*: τὰ τῶν Χριστῶν, respectu *secundæ personæ*
Phil. II. 22. & τὰ τῶν ἀγγέλων, ratione *tertiæ personæ* *I. Cor.* II. 14.
 Sic etiam in *Positiva Theologia Adami* sunt *Articulorum fidei* non
 dissimilia *materialia*, quibus tota *Protoplastorum Theologia* fuit
 constituta: nimirum ea, quæ sunt *Jehova*, vel quatenus respici-
 unt ad *Essentiam*: quatenus sunt *Elohim Patris Volentis*, obambu-
 bantis, & Dicentis v. 8. referuntur ad *primam personam*: quatenus
 sunt *Elohim Vocis*, & *Verbi*, *Seminis mulieris*, *Evangelistæ*, vel *præconis*
 ita referuntur ad *secundam personam*: quatenus sunt *Elohim Spiritus*,
Spiritus Dei, *Spiritus lucis*, referuntur ad *tertiam personam*: in his *ma-*
terialibus jucundissimis, citra dubium, *Adamus* omnem volupta-
 tem spirituales, & mente vidit, & corde fovit.

12. Quoad

in qua.

12. Quoad Materiam in qua, Subjectum Articulorum fidei dicitur hic vel primum, & immediatum, nimirum Adam & Eva, quibus promulgata Theologia Positiva fuit in paradiso, nec absq; fructu quodam insigni, cum Adam confestim factus sit Professor Theologiae, Messia, Vita v. 20. nec Eva privatae professionis, & informationis partes neglexit c. IV. 1. partim ortum & mediatum, quales fuerunt fidelis Abel v. 4. Heb. XI. 4. Seth, Enos v. 29. &c. Et omnes quoq; posterius de jure debuerunt esse subjectum positiva hujus Theologiae, vel ejus Articulorum fidei.

circa qua.

13. Quoad Materiam circa quam, cujus implicite fit mentio sub pronomine His, quia de his, ut Dei, Messia, regniq; gratia Mysteriis articuli fidei, vel credenda proponuntur, cū prepositio DE sit nota, vel character Objecti, & Materia, circa quam, sicut dicitur Theologia est Doctrina de Deo tanquam objecto, Christologia, Archontologia, Mysteriologia, &c.

formalis.

14. (5) Causa Formalis, quæ vocatur patefactio divina, cum patefactio divina det articulis fidei, tum Esse, tum distingui, tum operari: Sed intelligitur hic non patefactio generalis, quæ communis est & articulis fidei, & quibusvis aliis objectis, in scriptura, seu verbo Dei, comprehensis; sed specialis, quæ fidem & salutem respicit. Sic etiam patefactio non designat actum revelantis, quatenus pertinet ad Efficientem, & actus transitorius est; sed statum objecti revelati, quatenus internum formale notat, & ipsam naturam articulorum fidei determinat, eamque formaliter importat.

Finalis
Fides.

15. (6) Causa finalis, quæ vel intermedia, vera scil. fides, quia propterea dogmata Theologiae, vel mysteria salutis, Adamo patefacta sunt, ut credantur: & quamvis explicite, seu verbaliter, nulla fidei mentio fiat Gen. III. tamen implicite, vel realiter, plurimis indicis, & symbolis, introducit, tum quoad reale fidei principium, quod est Jehova Elohim, cum fides sit opus Dei Job. VI. 29. donum Dei Eph. II. 8. tum quoad fidei reale, vel actuale medium, quod est Evangelii verbum Rom. X. 8. hoc enim est ipsum Protevangelium Gen. III. v. 15. tum quoad fidei realem, & causalem ἀρχὴν καὶ τέλος, qui dicitur ipse Messias Heb. XII. 2. & hic, quæ talis, primum revelatur v. 15. tum quoad fidei realiter proprium Patrem, qui dicitur

dicitur *Spiritus Sanctus*, *Spiritus fidei* II. Cor. IV. 13. *Spiritus dei* h. l. tum quoad *fidei realem Matrem*, quæ non inconvenienter appellatur *Evangelii preconium*, dum in *Evangelii preconio*, cordibus suscepto, generatur *fides* Rom. X. 16. 17. tum quoad *reale objectum*, quod itidem est *Semen mulieris*, *Christus* Act. XVI. 31. *Crede in Dominum Jesum*, & *salvus eris*: tum quoad *realem*, & *formalem actum*, qui *tergeminus*, *notitia*, *assensus*, & *fiducia*, dum *Adam Messiam*, & *eius Mysteria cognovit*, plenum *assensum* illis præbuit, nec de uno tantum dubitavit, & omnem in *Semen mulieris fiduciam* posuit &c. vel *ultima*, nimirum *æterna salus*, vel *spiritualis*, & *coelestis vita*, quam *symbolicè* professus *Adamus* v. 20.

16. *Quales sint Articuli fidei*, ratione potissimum *duplici* declaratur, partim per *Requisita*, vel *necessarias conditiones*. Sunt autem potissimum *requisita* (1) à priori, *divina revelatio*, cum absque *divina revelatione* nullus *fidei*, vel unquam extiterit, vel extare potuerit *Articulus*, quæ ratione tota *fides Adamo* per ipsū *Jehovam Elohim* mediante verbo revelata fuit; & tota *Theologia Adami*, non in alio, quam in Verbo, tanquam in fundamento, sive principio, fundatur. (2) à *formali*, respectu cuius requisitum dicitur *Hominis obligatio*, quia non propter Deum, sed propter hominem, *Articuli fidei* nuncupantur, ut nimirum hominem obligent, tum ad *notitiam*, quo recte *mysteria salutis* cognoscat; tum ad *assensum*, ut plenum assensum *homo* revelatis doctrinæ capitibus constanter præbeat: tum ad *fiduciam*, ut illa revelata confidenter homo credat: Eadem omnia cernimus in *Adamo*. (3) à *posterio-ri*, *conveniens ad æternam beatitudinem relatio*, quia talia doctrinæ capita necessario referuntur ad hominum peccatorum salutem, prout ex *Adami* patet exemplo.

17. Partim per *attributa propria*, seu *varias affectiones*. *Proprietates* *Articulorum fidei* non incommode ratione *causarum* indagantur, & explicantur, quia *naturam*, in causis conspicuam, æmulantur, & ex ea per consequentiam derivantur. Sic in *Adamica Theologia* (1) *Ratione cause Efficientis* *Articuli fidei* dicuntur (1) *divina Autoritatis*, cum à solo *Jehova Elohim* traditi sint: Hic *Autor*, *Doctor*, & *Professor* totius *Adamicae Theologiae*.

Salus æterna.

Quales sint?

Requisita tria.

*Propriae
Ratione
Efficientis*

giæ (2) *divine sublimitatis*, quia summam, vereque divinam præse ferunt eminentiam, atque sublimitatem, dum sunt ὑπὲρ ὄν, ὑπὲρ λόγον, & ὑπὲρ πᾶσαν κατὰ φύσιν, propter quam statim miser Adamus iis omnibus fidem adhibebat. (3) *divine Majestatis*, quia Jehova Elohim, Deus omnis Majestatis articulos fidei nostris protoplastis majestate summa proponebat, & tanquam Universi Dominus fidei doctrinam ad salutem ipsis præscribebat.

R. Materia 18. (II.) *Ratione Cause Materialis* in Adami Theologia propria sunt articulis fidei (1) *Divina Veritas*, quia sunt meræ Divinæ Veritates, sicut alias Articuli fidei communiter appellantur, dum ab Essentiali Veritate, Jehova Elohim, progrediuntur, per Verbum Veritatis proponuntur, & arcana divinæ veritatis ex mente divinæ depromere dicuntur. (2) *Divina utilitas*, quia tales Articuli fidei totā fidem Adami constituunt & absolvunt, quod ex salutis effectu luculenter intelligitur, (3) *Divina Universalitas*, dum Articuli fidei revelati, vel etiam destinati sunt Adamo, tanquam totius humani generis Patri, sicque pariter in eo, cum eo, per eum, posteris omnibus, & singulis, manifestati sunt.

R. Formæ. 19. (III.) *ratione cause formalis* tribuitur Articulis Adamicis (1) *Divina certitudo*, ratione sensus, quia statim certum in Adami mente sensum generarunt, nec apud ipsum dubiū ullum pepererunt (2) *Rationis inevidentia*, quia respectu corruptæ rationis prorsus inevidentes fuerunt I. Cor II. 14. unde ne utique Adamus hos articulos ratione scrutari voluit, sed fide simplici potius apprehendere maluit. (3) *Fidei perspicuitas*, quia per spiritum Dei, per verbum lucis, per lucernæ hujus Jehovæ Elohim præconiū, Mens Adami tenebricosa sic illuminata fuit, ut statim articulos fidei cognosceret, assensum iis adhiberet, & firma fiducia tum eos apprehenderet, tum ad salutem applicaret.

R. Finis.

20. (IV) *Ratione Cause finalis* competit Adamicis Articulis fidei (1) *Divina Activitas*, vel *Efficacia*, quia non fuerunt ociosi, sed operosi, & per divinam virtutem, aures, mentes & corda protoplastorum statim penetrarunt, tenebras ignorantiae, confusionis, errorum, peccatorum &c. dissiparunt, & ad credenda, protoplastos efficaciter conformerunt. Spiritus S. gratia nescit tarda
molina

molimina (2) *Divina Utilitas*, cum nullus Adamo fit revelatus Articulus, qui non maximam, vereque copiosam, imo salutarem eidem attulerit utilitatem. (2) *Salutis fructuositas*, quia tales Articuli fidei statim protoplastis salutis spiritualis fructum, & æternæ vitæ, vel Salutis, prægustum attulerunt, & ad Vitæ spiritualis & cœlestis professionem Adamum commoverunt.

21. Accedunt etiam *aliæ proprietates* Articulorum fidei, quoad positivam Adami Theologiam, quales sunt (1) *Necessitas*, quia necessariæ sunt revelationis, necessariæ conditionis, necessariæ operationis (2) *Proportionalitas*, vel *conformitas ad salutem* (3) *perpetuitas*, quia Deus neutiquam in mysteriis, nec in dogmatibus suis est mutabilis, (4) *Conveniens Harmonia*, quia certum, quod omnes Articuli fidei Theologiæ Adamicæ pulcherrimam inter se foveant Harmoniam (5) *Cohærentia mutua*, dum Articuli fidei Theologiæ Adamicæ sunt una Catena, una consona fides, & cohærentia mutua sese respiciunt.

Necessitas.

Conformitas.

Perpetuitas.

Harmonia

Cohærentia

Divisio

22. *Quanta sit Articulorum fidei Theologiæ Adamicæ conditio*, demonstratur in *Oeconomia*, vel *Divisione* Articulorum fidei. *Plurimas* equidem hic *divisiones* ex *Adami Theologia* colligere possemus, sed hac vicè brevitati litamus. Sic in *Adami Theologia* (1) *ratione causæ* sunt Articuli quidam *puri*, qui sunt meræ tantum revelationis, & cœlestis doctrinæ, de ss. Trinitate, Messia, Christi Persona, Duabus Naturis, Officio, Beneficiis, justificatione &c. Quidam *mixti*, qui, sub respectu *cœlestis doctrinæ*, sunt revelationis, quatenus divinitus revelantur Gen. I. 11. & III. sub alio respectu *naturæ*, sunt *rationis*; dum ex Libro tū *naturæ*, tum *creature*, cognoscuntur, ut doctrina de *Creatione*, *Conservatione*, *Gubernatione*, de *Angelis*, *Homine* &c. 3. (2) *Ratione Materie* sunt alii *fundamentales* Articuli fidei, alii *nō fundamentales*: illi sunt vel *primarii*, qui salva fide non possunt ignorari v. 9. de *gratia Dei salutifera*, de *Mérito Seminis mulieris Satisfactorio*, de *Contritione serpentini Capitis* &c. vel *secundarii*, qui salva fide possunt ignorari, sed minime negari v. 9 quod *Semen mulieris futurum sit Maria Filius, Jesus Nazarenus* &c. Cum hæc Adami tempore nullius controversiæ fueriat; Hi v. qui salva fide possunt, tum ignorari, tum negari, quod die

R. Causæ

R. Materie

die

die creati sint Angeli, quo die lapsi, quod primum fuerit peccatum Diabolorum &c.

R. Formæ.

(3) *Ratione formæ*, sic etiam, ratione methodi formalis, communiter *Articuli fidei* distinguuntur, ubi quoad *rem*, juxta *Methodum analyticam*, in *Adami Theologia* convenienter *Articuli fidei* distinguuntur, cum non desint *Capita doctrinæ cœlestis præliminaria*, quoad *Archæologiam*, sicut hæcenus jam observavimus: quo pertinet *Articulus de Revelatione divina*, de *Religione vera*, *Verbo Dei* &c. Et præter ea pariter *Essentialia Capita doctrinæ cœlestis*, in quoad *Doctrinam de Fine Theologiæ*, sic agitur in *Adamica Theologia*, de *Dei Existentiâ*, de *Natura Dei*, de *Attributis divinis*, de *Personis Deitatis*, de *Patre*, *Filio*, *Spiritu Sancto* &c. Tum quoad *Anthropologiam*, quæ ratione sistit *Adamica Theologia doctrinam de Imaginæ Dei*, de *Statu Integritatis*, de *Statu Corruptionis*, de *peccato*, de *Lapsu protoplastorum*, de *peccato originali*, *Actuali*, *Veniali*, *Mortali* &c. Tum, quoad *Oeconomiam Principum, & Mediorum salutis* notat *Adami Theologia Doctrinam de Patris Commiseratione*, de *Filii Redemptione*, de *Persona Christi*, de *ejus Officiis*, & *Beneficiis*, de *Vocatione*, *Conversione*, *Justificatione* *Sanctificatione* &c.

R. Finis.

25. (4) *Ratione Finis*, sic variæ rursus dantur *Articulorum fidei Divisiones* dum alii *Articuli fidei* fuerunt *typici*, qui nequiquam in se, vel ad se referebantur, sed ad alium finem ordinabantur, qualia fuerunt *sacrificia*, *alteria*, vel alia *typicæ ceremoniæ*, quia *Messias* tales *Articulos prisci fœderis Adamo*, tanquam futuro summo sacerdoti primo, vel ordinario Theologo, demonstravit, & commendavit, ut privatim & publice suos posteros in his *Doctrinæ capitibus* informare posset; alii sunt *Antitypici*, quales sunt de *Messie persona*, quod unus sit *Messias*, de *Duabus Naturis*, quod sit *vir Iehova*, verus *Dei verbum*, de *Officiis* &c. quos *Patriarchæ* cū aliis *fidelibus* quoad *rem*, itidem cognoverunt. Sic etiam *ratione Finis* alia datur adhuc *Articulorum fidei Divisio*, cum alii referantur ad *Credenda*, seu *fidem*, alia ad *facienda*, seu *vitam*: vel ad *tres Cardinales virtutes*, *Fidem*, *Charitatem* & *Spem* &c.

IN NOMINE JESU!

DISPUTAT. VIII.

ARCHONTOL. THEOLOG. ADAMICO-POSITIVÆ.

CAP. IIX.

DE ADAMI RELIGIONE, TANQVAM
OBJECTO.

Post materiam ex qua notabimus hac vice Materiam circa
quam Adamica Theologia, quæ dicitur Vera Religio. Quod
autem Religio sit objectum Theologia, facile probatur: (1) quia
tota Theologia: tum Adamica, tum alia quævis, circa re-
ligionem versatur. (2) quia religio Veteribus via dicitur ad salu-
tem: jam circa talem viam ad salutem Adami Theologia fuit
occupata, nimirum ut protoplasti cum omnibus posteris ex via
serpentina seductionis, & malitiosæ transgressionis, egredi, con-
sequenter viam pristinae felicitatis, veræque salutis ingredi po-
tuerint, quemadmodum ex divina revelatione Patriarchis Via
nomen in hac significatione fuit usitatum, Gen. VI. 12. XII. 19.
qualis usus citra dubium etiam temporibus Adami inter vere fi-
deles invaluerat: cum primis quia non tantum vera Religio, vel
Theologia, vocatur via Domini, via Adami, Sethi, &c. sed etiam falsa
Religio, & Pseudotheologia via Cain à Spiritu S. nuncupatur, Epist. Jud.
v. 11. 3 quia communiter vox Religionis pro vero DEI cultu
supponitur: jam Adami Theologia circa restitutionem genuini
DEI cultus occupata fuit (4) quia per Theologiam revelatā post-
liminio peccatores religantur Deo: nimirum per creationē primū A-
dam Deo fuerat ligatus, vel obligatus Deo: sed hanc obligatio-
nem perdiderat, & pessime dissolverat, vel repudiaverat per tur-
pissimam apostasiam; nunc igitur Deus per Theologiam revela-
tam eum rursus ligare, vel religare volebat, hinc August. lib. de
vera Relig. c. 55. Hieron. in c. 9. Amos. Ambros. lib. de virgin. Lactant.
Instit. divin. l. 14. 18. &c. religionem à religando, quoad Etymologiam,
deducunt: & certe Jehova Elohim per renovatam & religiosam
vocationem, ad pœnitentiam, & Messianam Theologiam, proto-
plastos legis, & Evangelii vinculo religavit Gen. III. 8. seqq.

H

2. Ada-

DISP. IIX.

R. M. Bur-

hardo

Vincelio,

Riga Li-

vonno,

Adami

Religio.

Objectum.

DE ADAMI RELIGIONE,

58

Tria

2. *Adami Religio tripliciter non incommode consideratur* (i) *Quoad Naturam*, seu *Quidditatem*. (ii) *Quoad Attributa*, vel *proprietatem* (iii) *Quoad opera*, vel *Symbola*, vel convenientem *activitatem*, sicut alias de quolibet *Objecto*, vel *Ente*, hæc tria, *Natura*, *Proprietates* & *Operationes* considerari consueverunt.

Natura

3. *Natura* παχυλώς declaratur per definitum, ἀκριβώς conjunctim in *Definitione* Religionis *Adamicæ*, distinctim in ejus *divisione*.

Definitum

Etymologia

4. *Definitum*, quoad *Etymologiam*, dicitur *complexo termino*, dum vocatur *Adami religio*: complectitur, hoc definitum & *terminum materialem*, sive *communem*, quod sit *Religio*, tum *formalem*, seu *proprium*, quod sit *Adami religio*: Prior terminus est *communis*, dum ad omnes extenditur, quia sicut dicitur *Adami Religio*, sic etiam *Abelis*, *Setibi*, *Noachi*, *Abrahami* &c: adeoque vere *materialis est*: sed posterior *determinationem* importat, & suo modo *formale* dat *esse*, dat *distinxi*, dat *operari*; Vel terminus *Adami* non inconvenienter ampliatur, tum ad *sensum Materialem*, dum *Adami Theologia* dicitur à *subiecto primo*, vel etiam *proprio*, siquidem tum *temporis* potissimum in *Adamo*, tanquam in *subiecto*, fuit: tum ad *Causam formalem*, quia ministerialiter ipsemet *Adamus*, ductu *Sancti Spiritus*, hanc *Theologiam*, vel etiā *Doctrinā Religiosā*, in certam *methodum* redegit, & *adorationem*, vel *professionem symbolicam* instituit, quod sit *Theologia Vita*, vel etiam *Messie v. 20*. Hæc *Theologia*, quoad *formam internam*, & *externam*, vere dicitur *Adami* sub *manuductione Spiritus Sancti*: tum ad *Causam Finalem*, quia *Theologia* hæc *primus*, & potissimum *Adamo*, tanquam *Fini* cui, destinata fuit, quod patet ex *Adami* manifesta per *verbum* ad *Scholas DEi Theologicas*, vocatione v. 9. seqq. tum ad *Causam Efficientem*, quia *primus Adam Autor Ministerialis*, *Doctor*, & *Professor Theologiæ* *primus* à *Deo* constitutus, atque *formatus est*, adeoque tanquam *Efficiens causa* suos *posteris* in hac *Theologia*, vel *Religione* diligenter *informavit*, suæque diligenter *informationis* varia *specimina* vidit in *posteris* suis c. IV. q. c. V. 26.

Homonymia

est

5. *Quoad Homonymiam*, *Adami Religio* non unius est *significationis*, adeoque terminus est æquivocus. Nam datur [1] *Adami Religio naturalis*, quam cum *natura* per *creationem*, beneficio *divinæ*

vinæ imaginis divinitus accepit, qua secundum naturam Deum Creatorem per imaginem divinam religiose coluit *Gen. 1. 26. 27. c. 11. 17. seqq.* 2) *Adami Religio præternaturalis*, quæ præter naturam à serpente communicata, mediante seductione, vel deceptione, v. 13. collata, è meris corruptelis, sophisticationibus, & mendaciis conflata, & ad meras vanitates, & inanitates. relata, vere Diabolica, mereq; corrupta, c. 111. 1. seqq. (3) *Adami Theologia supernaturalis*, quæ per Dei misericordiam in verbo reuelata, in Messia, seu Semine mulieris satisfactore, fundata, mediante fide spiritualiter appropriata, sicq; potissimum in fide ad religiosum Dei cultum destinata c. 111. 15. seqq. De hac posteriori potissimum in præsentis solliciti sumus.

6. Quoad *Synonymiam* dicitur (1) *Verbum Domini*, cum *Adami Religio* suos ex verbo natales ducat, per ipsum verbum, tanquam Mediū fiat, & suum ortum incipiat, per verbum suam naturam, proprietates, & operationes accipiat, per verbum suā naturam, proprietates, & operationes accipiat, ex verbo suam constitutionem habeat, in verbo consistat, & ad verbi praxin perpetuo respiciat. (2) *Via Domini*, prout jam audivimus ex *Gen. XIX. 19.* quatenus opponitur *vie carnis*, *Gen. VI. v. 2. via Cain* *Jud. 11.* (3) *Sapientia Domini*, quia tota doctrina *Cap. 111.* tanquam sapientia Domini *καὶ διὰ μέγας* opponitur astutiae serpentis v. 1. (4) *Inimicitia contra serpentem*, & ejus semen v. 15. cum *Adami Religio* vere sit Religio contra serpentem seductorem, vel Diabolū militans. (5) *Religio Seminis mulieris*, vel in hoc unice fundata, v. 15. (6) *Religio crucis & calamitatis*, & ipsius victoriosæ mortis v. 16. seqq. (7) *Religio Vitæ* v. 20. (8) *Religio justitiæ* v. 21. (9) *Religio continuæ penitentiae* v. 22. & perpetua a peccatis abstinentia, v. 23. 24. (10) *Religio viatorū, & peregrinantium in terra maledictionis*, v. 23. c. V. 29.

7. *Definitio* facile quoq; construitur: sic *Adami Religio* nihil aliud est, quam ratio spiritualis mentibus inscripta a *Jehova Elohim* prescripta, qua peccator homo per fidem in Semen mulieris, redemptorem Deum & Hominem, ad Deum perducitur, ut in æternum eo fruatur.

8. In hac *Definitione* notamus (1) *Genus*, quod est ratio spiritualis. Dicitur autem ratio (a) non quoad esse, quasi primā Essendi rationem in Adamo designet: (b) non quoad existere, quā-

Genus

si certam existendi rationem denotet (2) nec quoad *nosse*, quasi respectus habeatur ad mentis rationem, qua suas operationes intellectuales instituit. (d) Sed partim quoad *vivere*, quia per religionem certa ratio vivendi significatur: partim *ratio Deum colendi*, quia ratio colendi DEUM hic manifestatur: Dicitur etiam *spiritualis*, partim in *oppositio*ne, tum quoad *rationem naturalem*, quam Adamus in imagine divina per creationem accepit, & sic ex natura Deum religiose coluit, de qua multa dici, vel explicari possent: tum quoad *rationem praternaturalem*, qua ratione religio præsens opponitur partim *religioni Satanicae*, vel *infernali*, primis parentibus obtrusa: partim *religioni corruptae*, vel *animali*, seu *carnali*, quæ via carnis Gen. VI. 12. nuncupatur: partim *Religionem Cainicam*, vel per humanas ad inventiones excogitatam, qualis erat via Cain Jude, v. 11. partim *religioni Hypocriticae*, quæ tum temporis in *fici foliis*, & vanissimis regumētis representabatur, & alias religio vanitatis est, *religioni veritatis* opposita, Jacob. I. 26. 27. partim in *relatione*, tum ad *causam primariam*, quæ dicitur esse *Spiritus Dei*, Gen. III. 8. tum ad *causam mediam*, quæ dicitur esse *Verbum*, quod est *Spiritus*, & *Vita* Joh. VI. 63. tum ad *causam subjectivam*, quæ dicuntur *homines regeneriti*, vel *spirituales*, non *animales* I. Cor. II. 14. tum ad *Causam objectivam*, quia circa mera *spiritualia* versatur: tum *ratione fundamenti*, quod est *Messias*, omnis spiritualis conditionis & operationis, autor: tum *ratione Organi*, quod est *vera fides*, mysticum & spirituale medium, & organum: tum *ratione effecti*, quia religio hæc *Messiana*, vel *Adamica*, bona, vel *spiritualia* parit opera.

Differen-
tia.

9. *Differentia*, quæ desumitur *partim à principio*, quod hæc Adamica religio sit a Deo, nimirum *Jehova Elohim*, v. 8. seq. a Deo, videlicet, quoad *Essentiam Uno*, & quoad *substantiam Trino*, Patre, Filio, & Spiritu S. quod & ἰσθδὼς, & ὑποστατικός, & ἰσσοῦς ἰσχυρός, prolixè juxta textum demonstrari posset; si tantum id angustia chartarum admitteret. Breviter: *Religionis adamicae causalitas* est ἰσθδὼς Dei, cum sit *Jehova*, qui religioni huic causaliter dat verum, & merum esse; est ὑποστατικός personarum, cum sit *Patris obambulantis*, & *Dicendo revelantis*. sit *Filius*, tanquam λέγῃ Sonantis, *Predicantis*, *Evangelisantis*, instar *Doctōris informantis*, &c. sit *Spiritus Dei*, servus

LANU

antis, I. Cor. II. 10. *spirantis*, & *inspirantis*, *illuminantis*, *informantis*, *communicantis*, *confirmantis*, *obsignantis* &c. quæ singula non obfcuris patent in textu: quæ de causa non inevidenter *Adamica religio* tandem *idiotopis* ad *Spiritum S.* refertur, tum quia *prescripta ratio*: *Spiritus Sanctus* autem est *promptus Scriba* Psal. XLV. 2. tum quia *mystica lucis*, vel *dici ratio*; *Spiritus S.* autem est *Spiritus Dicit*, vel *lucis*, v. 8. tum quia capita religionis *Adamicæ* sunt: & *τὸ πρῶτον* &c. I. Cor. II. 14. &c. *Partim à fundamento*, quod est *S. men* mulieris, *Redemptor humani generis*, *Vere Deus*, & *vere Homo*, vel *Isch Jebova*, Gen. IV. 1. *Partim à subjecto*, quod est *homo Peccator*, *Adam*, per lapsum à Deo relegatus, per *Messiam ad Deum religandus*: *Partim à medio*, quod est *vera fides*, quia per fidem *Adam* hanc religionem obtinet, possidet, & exercet. *Partim a Materia*, quæ sunt capita *veritatis religioſe*, quoad divinam revelationem; capita *pietatis religioſe*, quoad *Messianorum*, vereq; *religiosorum vitam*: *Partim à forma*, quia per fidem mediante verbo ducebatur *Adam* in via religionis ad Deum: *Partim à fine*, tum *ratione Dei*, ut peccator *Adam* ad Deum per hanc religionem perduceretur: tum *ratione nostri*, ut per eandem peccator *Adam* in æternum DEO, quoad omnia bona, fruatur.

10. Quoad *Divisionem*, *Religio* quidem, quatenus nostræ *Theologia* dicitur *Objectum*, verè saltem est, & manet *Unica*, nim. *Religio M. ssiana*, vel *Christiana*, quæ certè *divisionem* non admittit, alias non esset numero tantum *unica*. Et hæc *unica Religio* dicitur hominū peccatorū, vel lapſorum, in *Messia* per fidem restitutorum, omnium temporum, & locorum &c.: Nam falsum est, quod ex *Arminianorum*, *Socinianorum*, & aliorum sententiâ sit alia *Theologia Adami*, alia *Noachi*, alia *Abrahami*, alia *Mosis*, alia *Christi*, &c. Nos hac vice tantum *unam*, vel *alteram Divisionem* introducimus (1) *Ratione quidditatis*, sic alia dicitur *ſine Christo*, vid. in *ſtatu Integritatis*, quæ *legalis* est, alia *ſecundum Christum*, vel in *Christo*, *Theologia reſtitutionis* poſt lapſum, vel *Messiana* (2) *Ratione quantitatis* ita *Religio* vel est *particularis*, *Iſraelitarum*, quæ gentes non obligabat, vel *Univerſalis*, quæ *Chriſtianorum*. (3) *Ratione qualitat*is, sic alia dicitur *vera*, alia *falfa* (4) *Ratione relationis*, sic alia

Diviſio

refere-

refertur ad *Adamum*, alia ad *Noachum*, &c. (5) *Ratione* Quando sic alia Veteris alia N. T. (6) *Ratione Ubi*, alia dicitur in *Ecclesia*, alia extra *Ecclesiam*, &c.

Proprietates.

II. Quoad *tributa*, vel *proprietates*, sic *Adamica* Religio fuit (1) *Divinissima*, quia suos natales duxit à Jehova Elohim (2) *Venerissima*, dum meras Dei Veritates complectitur, & à veritatis fonte, Deo, præscripta dicitur (3) *Prima*, non ratione naturalis, sed ratione revelata, vel supernaturalis Theologiæ (4) *Una*, quia tanquam una per ipsum Protevangelium proposita, cunctisque seculis mundi, tanquam una, destinata, cum Jesus Christus sit idem heri, & hodie, idem & in secula, Heb. XIII. 8. & una fides, una Theologia, Ephes. IV. 4. (5) *Augustissima*, quæ per ipsū Jehovā Elohim, ut Autorem, & Doctorem, promulgata, vel publicata. Quo sublimior, & augustior est Præco, eo quoque dicitur augustior Theologia. (6) *Sanctissima*, quia sanctitatem fidei, vitæque complectitur, & peccatores, ac homines rebelles corruptissimos, & pessimos in bonos, vereque sanctos commutare dicitur. (7) *antiquissima*, quia statim post creationem, & lapsum hominum est pate facta. (8) *fundatissima*, quia non tantum in divina sapientia, & veritate, sed etiam in divina potentia, seu virtute, cum primis in Messia & v. d. p. a. fundata. (9) *firmissima*, quia tantæ firmitatis est, ut ne quidem inferorum portæ possint adversus eam prævalere: Matth. XVI. 18. (10) *efficacissima*, quia statim conscientias protoplastorum perterefacere, atque maxime confusas in ordinem revocare, vel tranquillare potuit. (11) *Jucundissima*, quia meras, & miras secum habet delicias, atque latitias, tam in DEO, quam in Christo fundatas. (12) *robustissima*, quia militia Christianorum est, qui spiritu roboris, & fortitudinis suam militiam gerunt, & adversariis omnibus mascule resistunt. (13) *invictissima*, vel prorsus invincibilis, tum propter immotam veritatem, quæ vinci nescit, tum ob Messia dignitatem, qui Caput serpentis jam contrivit, & victor ejusevasit, & tanquam invictissimus Heros semper sua victoria præsens est suis fidelibus militibus, & per fidem suam ipsis victoriam communicat, ut vere sint, & maneant indefinenter victores, quia fides ipsorum est victoria, 1. Job. V. 4. dum

dum Christi victoria per fidem Christianorum victoria, quia Caput, Christus Victor, & membra, seu Christiani, vel Messiani Victores stant pro una persona. Dux, & Exercitus de communi participant victoria: tum ob confessorum, vel Professorum immotam constantiam, & militandi confidentiam, quia fides omnes Messianos in Messia vexillifero reddit *ἀνίκητος*, sive immotos, vel immobiles, & *ἀνίκητος*, vel invictos, aut invincibiles, *Act. 7. 41. Heb. X. & XI. Apoc. XII. 11. [14]* *Durabilissima*, quia Religio hæc Adamica statim cum Adamo primo capit, per omnes generationes hominum, omnibus mundi seculis duravit, & ad seculi consummationem usque durabit, sicut Christus *Matt. XXIX. 20.* pollicetur Apostolis, & omnibus Apostolorum successoribus, hujus Religionis prædicatoribus, procuratoribus, & Defensoribus: Jam si Christus est præsens, principalis Religionis Dominus, & Conservator perpetuus, sequitur, quod etiam adsint Oeconomi, vel Ministri Religionis, ut & ipsa Religio &c.

12. Quoad Opera non desunt publica veræ Christianæ Religionis Effecta. Sicut enim hodie Christianorum Religio sua dat, & monstrat Effecta, tam publica, quam privata, nimirum Religiosas, & Professiones, & Confessiones, quatenus Publica Symbola, tanquam religiosa Christianæ Religionis Effecta, prostant in Ecclesia, sicut ostendit B. Calovius in Theol. posit. p. 12. Religio Christiana comprehensa est in usum Ecclesiæ certis Symbolis: qualia sunt Apostolicum, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, & Athanasianum: Tum recentioribus, minusque universalibus, cujusmodi sunt, Augustana Confessio, invariata illa, Apologia Ejusdem, Articuli Schmalcaldici, Catechismus uterque B. Lutheri, & Formula Concordiæ: sic etiam talia doctrina Symbola, vel compendia, legimus in Adami Religione, vel Theologia. Tales sunt [a] ipsæ divina Revelationes, & Traditiones: (α) *Gen. 11. 17.* ubi Symbolica Theologia totius Decalogi, vel Status Integritatis invenitur. Nam hoc Oraculum instar Bibliorum Protoplastis fuit, & totum Theologicum Systema, vel Corpus ante lapsum exhibuit (β) *Gen. III. 15.* Semen Mulieris conteret tibi caput, & tu (Serpens) insidiaberis ejus calcaneo, quod est Symbolum

Operationes.

Symbola.

Gen. II. 17

Cap. 3. 15

EVANG.

64 DE ADAMI RELIGIONE, TANQVAM OBJECTO.

Gen. IV. 1.

Cap. V. 29

Evangelicum, universam Theologiam post lapsum, vel Messianam exponens (b) Religioſe Patriarcharum, & Matriarcharum Confessiones, qualis est Eva Confessio Gen. IV. 1. Possideo Virum Jehovah, nimirum, in gloriam Jehovah Elohim. Conspicimus in hoc Compendio symbolico Totam Theologiam quoad partem primam de Deo, Deig, fruitione, quia confitetur Eva symbolum hoc in gloriam Jehovah Elohim, summi Theologi, vel Autoris Theologiae c. III. 8. seqq. non absq; hujus fruitione, quae patet ex spiritali possessione, vel acquisitione; quoad partem secundam, vel Anthropologiam, Ego, misera peccatrix, à serpente seducta: quoad Oeconomiam, in Messia, Viro Jehovah, fundatam, ex quo cuncta principia, mediag, salutis suam habent originem, cum sit ἀρχὴ τοῦ κόσμου Heb. II. 10. & ἀρχὴ τοῦ κόσμου c. XII. 2. Sic etiā Lamechi Confessio c. V. 29. quae pariter illustre summarium Christianae Religionis, vel Theologiae complectitur: nos ex illo tantummodo causas Religionis, vel Theologiae notabimus. Efficiens est hic, Ipse Messias, primus Religionis, & Theologiae Patriarchalis Autor, & Doctor. Materialis exhibetur in pronomine Nos, dū concernit nos miseros peccatores, & mortales. Formalis consistit in Religionis, vel Theologiae processu, qui consistit tum in bonis privativis, in omnis maledictionis ablatione, cum primis remissione peccatorum, quibus sublati tolluntur, & abiguntur omnes spirituales hostes: tum in bonis positivis, quae consistunt in consolationis, vel omnis benedictionis, Gen. XII. 3. c. XIII. 18. &c. collatione, Finis est Ecclesia, quae colligitur in terra, nimirum ut simus, & maneamus in Ecclesia militante, donec tranſeamus ad Ecclesiam triumphantem, ubi verus Theologiae finis. Huc pertinet etiam Onomastica Religio, vel Theologia, quale nomen Eva, Caini, Abelis, & c. sibi. sicut & reliquorum Patriarcharum, tum Antediluvianarum, tum post diluvianarum, quorum Nomina maxime sunt emphatica, verèque Symbolica, Messie, vel etiam Regni calorum Mysteria satis evidenter exhibentia, & vel plurima magno cum pondere momenta, vel etiam Compendia quaedam Theologiae, juxta statum illorum temporum, praeferentia &c.

IN NOMINE JESU !
DISPUTATIO ARCHONTOLOGICA THEOLOGÆ.
POSITIVO-ADAMICÆ,
CAP. IX.
DE SUBJECTO THEOLOGICÆ, UT ET
CAP. X. DE FORMA.

DISP. IX.
Resp. M.
CHRISTO-
PHORO
HEINSIO,
NAUMB.
MISNIC.

Subjectum

Consideravimus *Articulos Fidei*, juxta Theologiam positivam Adamicam, ut *Materiam ex qua*, simul etiam *Religionem Adamicam* tanquam *materiam circa quam*, restat ut ad *subjectū* etiam progrediamur, velut *Materiam in qua*.

2. Subjectū hoc Theologia positivæ Adamicæ variis modis considerari potest Nos ex *Cap. III. Genes.* juxta Theologiam Adamicam, nonnullas vulgatas *Divisiones* subjecti considerabimus, & potissimum hac vice secundum *prædicamentorum classes* annotabimus.

Varia Divisiones.

3. I Ratione *Substantiæ*, vel *Quidditatis*, Subjectum aliud est *Divinum*, aliud *Humanum*. Divinum est ipse *Jehova Elobim*, quoad *Essentiam Unus*, & quoad *subsistentias Trinus, Pater, Filius, & Spiritus S.* & ita *subjectum quod Adamicæ Theologiæ*, vel est *Essentiale*, nimirum ipse *Jehova*, quia *Deus* est *Primus, & Summus Theologus*, Adamicæ Theologiæ *primus Autor, & Revelator*: vel *personale*, sic *Pater*, in *Paradiso* deambulans, est Adamicæ Theologiæ *Stator, & Dator: Filius Logos* est Adamicæ Theologiæ *Promulgator, & Orator: Spiritus Dei* hujus Theologiæ *Doctor, Collator, Illuminator, & Applicator*. Si quis etiam suo modo *subjectum quo* velit addere fuit *Adami Theologia* primum in *mente divina*, quoad Theologiæ salutis Adamicæ *Consilia*, sicut & in *Voluntate divina*, quoad hujus Theologiæ, vel ejus *Revelationis, æterna Decreta*: post etiam fuit in *ore divino*, quoad *Verba, vel Eloquia Theologica*: demum in *Revelationis opere*, dum *actus varii divinæ revelationis, & legales, & Evangelici* v. 9. 15. & *militia principalis*, inter *Semen mulieris, & caput serpentis*, & *mirus principalis*, inter *serpentem, & Mulierem*, v. 15. & *crucis, & mortis*, v. 16. 19. & *vite, & justitiæ*, v. 20. 21. & *pœnitentiæ, & pœnitentialis vite*, v. 22. 23. &c. instituntur. Subjectum, *Humanum Adamicæ Theologiæ* sunt (1) *Adam*

Substantia

(2) *Eva,*

(2) *Eva*, (3) *Cuncti posteri*, qui Theologiam hanc a Protoplastis per doctrinalem propagationem accipere debuerunt. Si quis addere velit indirecte *subjectum Angelicum*, v. 24. à vero non aberrabit. Nam & *Angeli* fuerunt præsentes, audientes, discentes, mysteria Theologiæ cum delectatione libenter intuentes, I. *Per. I. 12. doctrinæ*, vel etiam *Homicilens* inservientes, &c.

*Ratione
Quantita-
tis, vel To-
talitatis,*

4. II. *Ratione Quantitatis*, sic *Adamicæ Theologiæ Subjectum* dupliciter consideratur (1) *Ratione Totalitatis, vel Quantitatis continuae*, quo pacto dicitur *subjectum* vel ut *Quod, Totus Homo*, nimirum & *Adam*, & *Eva*, quia fuerunt hujus Theologiæ Discipuli, vel Auditores, eamque non tantum auribus exceperunt, prædicante Jehova Elohim, sed post etiam lingua, vel ore proposuerunt v. 20. c. IV. 1. vel ut *Quo*, qua ratione *subjectum Adamicæ Theologiæ* fuit vel *mediatum*, nimirum *spiritus, anima hominis, deus, corpus*: vel *immediatum*, quoad *Animā*, pro ratione *conceptionis, & generationis*, seu quoad *fieri*, sic Theologia fuit in *Hominis mente*; ratione *propriæ conditionis, & cognitionis*, in *illuminata ratione*, vel *interno λόγῳ*, quoad *esse*: ratione *conservationis, repetitionis, operationis* in *memoria*, vel aliis *internis facultatibus*: Quoad *Corpus*, immediate primum in *auribus* hominum, dum à Deo Theologiam hanc audiverunt: mox in *corde*, dum eam in corde fideliter receperunt: demum etiam in *ore*, quia de hac Theologia vitæ sermones fecerunt; & in *opere*, dum ex Theologia *Vitæ Symbolica* Maritus *Adam*, in *Nomine Conjugis Evæ*, *Memoriale*, vel *Symbolum* quoddam illustre, verbis apertis posuit. v. 20.

Vel *Univ-* 5. (2) *Ratione Universalitatis, vel Quantitatis discretæ*, quoad
versalita- variam *Distributionem, & Numerationem*, sic aliud *Adamicæ Theo-*
tis. *logiæ Subjectum* est *Universale*, quod *Protoplasti* sunt *universaliter* pro
Universale tota posteritate, vel universis, & singulis hominibus suppositi: si-
cut etiam non *pro se tantum*, sed & *pro tota posteritate bona Naturæ*
per creationem acceperunt, & in posteros omnes, & singulos *naturæ* bona propagare debuerunt, Gen. I. 28. sicut iidem *mala culpa*,
quoad labem originalem, & *sceleratam actualem*, non modo *pro se*, suisque personis, sed etiam *pro cunctis posteris* per lapsum contraxerunt, ita quidem ut omnes in iis peccaverint Rom. V.

12. & gloria, vel imagine Dei caruerint, c. III. 23. Ergo pariter *remedia culpa, vel media gratia*, non solum *pro se*, suisque personis, sed etiam *pro posteris universis*, & *singulis* divinitus accipiebant, & hac ratione *pro toto Genere Humano* Theologiam revelatam de Messia, vel Beneficiis ejus recipiebant. Totum igitur *Genus Humanum* est *Adamicæ Theologiæ* subjectum. Confer. *Theol. Bibl. tract. 1. Archont. p. 271.* ubi prolixè de generali subjecto Theologia ex *Matt. XIII. 37.* juxta Christi ductum, disseruimus.

6. Aliud Subjectum est *speciale*, vel etiam *Actuale*, quod est vera *Speciale. Mesianorum Ecclesia*, quæ solum *actualiter* gaudet prædicatione Verbi, vel etiam *actuali Theologiæ* propagatione, prout *d. l. p. 289.* multis ex *Psal. CXLVII. 19. 20.* demonstratum est. Nam ubi vera datur *Ecclesia*, vera quoque datur *Theologia*, dum per Theologiam veram sit *Ecclesia vera*, talis est, & manet, & insuper suas operationes instituit. Hanc Ecclesiam veram in paradiso representabat *Adam, & Eva*, tanquam seminarium Ecclesiæ militantis, dum actu cœtum constituiebant, actu verbi prædicationem excipiebant, actu cum *Jehova Elohim* prædicante permanebant, actu vera, firmaque fide præconio Dei credebant, &c. sic actualia, verèque specialia subjecta Theologiæ fiebant.

7. Aliud est subjectum *singulare*, quod vel est *inchoatum*, seu *Singulare. Theologia studiosus*, Vid. *Bibl. Theol. d. l. p. 301. seqq. in Timotheo puero*, vel *Theologia studioso*, ex *II. Tim. III. 14. 15.* vel *consummatum*, ipse *Theologus*, qualis erat *Timotheus, Doctor, & Apostolus, perfectus Theologus*, v. 16. 17. d. l. p. 321. Tali subjecto *singulari* nostra *Theologia positiva Gen. III.* non destituitur. Nam *Adam*, quamdiu *scholas Theologicas Jehovæ Elohim* frequentabat, lectiones omnes visitabat, omnia dicta diligenter observabat, *Mysteria novæ Theologiæ* cum voluptate libenter acceptabat, ac operationes *Spiritus Dei* per fidem firmiter appropriabat, tamdiu *subjectum inchoatum*, & *Theologiæ studiosus* erat, dum *studium Theologiæ* fideliter à Summo Theologo percipiebat: sed cum ex instinctu *Spiritus Doctorale munus* aggredere, & *Theologiæ Vitæ professionem* ductu Sancti Spiritus ingrederetur, & artificiosissimum *Theologiæ Compendium* persequeretur, ac in eo *perfectum Theologiæ Systema* brevitate,

tate, sed plenitudine prorsus admiranda, complecteretur, *Consummati*, vel *Theologi Doctoris*, vel *Professorii*, titulum, atque statum omni jure meritis est: Vid. *Disput. pecul. de Adamo Theologo*, vel *Profess. Theol. Primo*. De *Eva* pariter non modo nulla proponere possemus, tum ex c. III. tum ex c. IV. sed eajam transeant.

R. Qualitatis

8. III. *Ratione Qualitatis*, sic variæ dantur *Subjecti Divisiones*, nos unam, vel alteram, modo recitabimus. *Subjectum Theologicæ* vel est *imperfectum*, ratione *Dispositionis*, vel *perfectum*, ratione *habitualis perceptionis*, & *operationis*: *Adam* prius *imperfectum* erat *subjectum*, mox autē fiebat ex operatione *S. Spiritus perfectum*. Præterea *Subjectum* vel est *directum*, nimirū *Adam*, & *Eva*, quia *Theologia* directe respiciebat *Homines lapsos*: vel *indirectum*, quod sunt *Cherubim*, vel alii *Ordines Angelorum*, dum ad eos *Theologia Messiana* directe non spectat. Sic etiam *subjectum* vel est *immediatum*, nimirum *Adam*, & *Eva*; vel *mediatum*, quod erant *Cain*, *Abel*, *Seth*, &c. qui mediantibus *protoplastis* *subjecta Theologicæ* fiebant.

R. Relationis

9. IV. *Ratione Relationis*, sic potissimum *Ordinem* respicimus, quæ ratione *Theologicæ subjectum* vel est *primum*, vel *ortum*: *primum* ita dicitur vel *ἀπλῶς*, & *simpliciter*, & hac ratione *Jehova Elohim ἀπλῶς*, & *πρῶτος* *primum* est *subjectum Theologicæ*, cum eo nec sit, nec esse possit aliud prius: vel *χρῆτως*, & in certo genere, nimirum in genere *Humano*; sic *Adam*, & *Eva* sunt *prima Theologia Positiva subjecta*, cum primitus eam à *DEO* per *revelationem divinam* acceperint: & cum sint *homines primi*, nec ulli priores esse potuerint *Theologicæ Discipuli*. *Ortum* verò *subjectum* suo modo sunt *Protoplasti*, ratione *divine revelationis*: *Suo modo* quoque *posterius*, ratione *veræ* per *protoplastos* ad *posterius* *propagationis*, & *communicationis*.

R. Actionis

10. V. *Ratione Actionis*, ita *subjectum* aliud est *καὶ ὁρῶν*, *activum*, quod tantū active se habet, nullo v. modo *passive*; quæ ratione solus *Jehova Elohim*, juxta proprietatem *naturæ*, vel etiam *sapientie*, dicitur *subjectum agens*, & *simpliciter*, *revelans*, sive *communicans* per *revelationē*: aliud est *καὶ ἡκονοµία*, vel *καὶ ἡ ἐξουσία* *activum*, sicut *Adam*, quoad *Evam*, erat *subjectum agens*, & *Theologiam Vitæ* proponens, v. 10. & ipsamet *Eva* quoque *privatim*, seu *Materfamilias*,

millias, Theologiam, & Christologiam active proponebat, & subjectum activum Theologiæ fiebat. c. IV. 1.

11. VI. *Ratione Passionis*, quæ ratione non inconvenienter introducit distinctio communis in *subjectum Operans, & subjectum Operationis*: *Subjectum operans* quidam est *Jehova Elohim*, qui tum ipsam *Theologiam*, tum etiam *salutem* operatus; *prosa. actus* verò *Messias*, seu *semen Mulieris*, qui venit salvare, quod perierat *M. ut. XIX. 11.* & ita protoplastis etiam aderat. Vid. *Theol. Bibl. d. l. p. 257.* *subjectum operationis* autem dicitur *Homo peccator*, circa quem Theologus sua salute seu salvatione, tanquam circa *subjectum proprium*, versatur.

12. VII. *Ratione Quando*, sic *Adam* factus est primum *Theologia* *subjectum*, tum ratione *divine Vocationis*, tum ratione *divine allocutionis*, quæ fere per totum caput extenditur, tum ratione *divine intentionis*, quia publicus ex intentione Dei debebat fieri Doctor, & Professor, conservator, & propagator *Theologiæ*; tum ratione *prime, vel actualis professionis*, quia primum *Theologiam Vitæ* professus *Adam* est, v. 20. Deinde *privatim*, atque *Domi*, nec *Eva* suas partes neglexit, sed ut *subjectum Theologiæ* studium ejus assiduum prodidit, dum in partus angustiis ab hoc studio neutiqvam aliena fuit, sed illustrem *Theologiæ*, vel *Messia: Confessionem* verbis memoratu dignissimis edidit. c. IV. 1.

13. VIII. *Ratione Ubi*, sic *Adam*, ut *subjectum Theologiæ*, plenam positivæ *Theologiæ* professionem non distulit, sed in ipso *Paradiso* sui Doctoris, Magni *Jehovæ Elohim*, æmulus factus est, & statim *Theologiæ* professionem incepit. Hoc certe consideratione non tantum, sed & admiratione dignum, quod eo in loco, nimirum in *paradiso*, ubi modo fuerat *mateologus* per serpentem, mox factus sit verus *Theologus* per *Messiam*, ubi fuerat *Professor Vanitatis*, ibi factus est *Professor Veritatis*, ubi fuerat *Professor, & confessor mortis*, v. 19. imò factus sit derepente *professor Vitæ*: Deinde nec in *exilio*, vel in reliquo mundo *subjectum Theologiæ* defuerunt esse, sicut patet ex *Theologia professione Evæ*, c. IV. 1. 24. & ex *Confessione Lamechi*, c. V. 29. Pauca siquidem ex multis artificia

70 DE SUBJECTO THEOLOGIE ADAMICÆ

ficia per Moſen ex Afflatu Sancti Spiritus in: historia Patrum Ante-diluvianorum annotata fuerunt.

R. Situs.

14. IX. Ratione *Situs*, ita *subjectum Theologiae* communiter varios *situs* conſequitur, modo *ſeder*, modo *ſtat*, modo *ſitum* alium amare videtur. Puer *Jeſulus*, ceu publicus *Theologiae Profeſſor*, rē & *alpe*s cum admiratione cunctis proponens, in medio Docto-rū, in Templo Hieroſolymitano, ſedebat, & cum omniū obſtupe-factione *Theologiam Meſſianam* exponebat, Luc. II. 46. Scriba cum *Phariſaïs* etiā ſuper *Cathedram Moſis* ſedebant, & antiquā *Theologiam* publice tradebant, c. V. Matt. 21. ſeq. XXIII. 2. Petro ſtando *Penteco-ſtalē Theologiam* in congregatione ſoleñi tradidit, Act. II. 14. Pau-lus etiā inquit c. XXVI. 22. *Adjutus auxilio Dei* uſq; in hodiernum diem *STO*, teſtificans minori, atq; majori, nihil extra dicens, quam ea, que *Propheta locuti ſunt* & *Moſes*. *Chriſtus* nonnunquam ambulando, vel iter faciendo. *Myſteria Theologiae* propoſuit, Matt. XII. 3. XVI. 13. XX. 17. Luc. XIX. &c. In *Theologia Adamica* primus *Profeſſor Theologiae* coram Deo ſtetit, & *Theologiam Vitæ* promulgavit, c. III. 20. Eva verò, dum in puerperio fuiſſe dicitur, cubando *Theolo-giam* propoſuiſſe videtur, c. IV. 1.

R. Habitus

15. X. Ratione *Habitus*: ſic diſtinctis temporibus diſtincti pariter *habitus Theologici* fuerunt, prout ex *Hiſtoriis ſacris*, & pro-fanis eſt manifeſtum: in *Adamica Theologia* primitus *Adam* ante pelliceas tunicas, vere nudus, *Theologiam Vitæ* profeſſus eſt, Gen. III. 20. *Lamech* c. V. 29. veſtitus *Myſteria Meſſia* propoſuit.

C. X. DE FORMA THEOLOGIE ADAMI.

Forma.

1. *Forma Theologiae* alias dicitur, *ſitus*, *Habitus*, Heb. V. 14. prout mul-tis ex hoc loco fuit in *Theol. Bibl. Archont. tract. I. p. 437. ſeqq.* de-claratum, & demonſtratum.

Habitus

2. In *Theologiae Adami* locum habuit non unius generis ha-bitus: Quoad *Theologiam ſtatus integritatis* *habitus Theologiae* fuit con-creatus, beneficio imaginis divinae, Gen. I. 27. & ſi tunc in hoc inte-gritatis ſtatu protoplaſti permauiſſent, in poſteris quoq; con-na-

Connatus.

ſp. vel naturā *Habitus* exiſtiſſet, quemadmodū adhuc hodie rē *yu-*

sed naturaliter, & habitualiter, manifestum est in omnibus.
Rom. 1. 19. Conf. c. 11. 15.

3. Quoad Theologiam Status corruptionis habitus quoque locū corrupti habuisset, sed corruptus, & variis erroribus obnoxius, Gen. III. 6, 7, 8. c. IV. 5, 16. Quoad Theologiam Status restorationis modo sumus de forma solliciti: tum quia nostra Theologia dicitur a Deo reuelata, ratione principii; tum quia Verbi Theologia vocatur, ratione medii; tum quia revera creditur in Messia fundata, ratione potioris objecti, & fundamenti, Job. V. 39. I. Cor. III. 11. tum quia pœnitentium peccatorum Theologia, ratione subiecti, Gen. III. 9. seqq.

4. Est autem in Adamica Theologia Messiana Forma, vel specialis, hominum θεωρεῖσθαι, qualis fuit Adami, c. III. 20. & Evæ, c. IV. 1. vel generalis, hominum, quoad communem modum, & humanam industriam informatorum, prout Cain, & Abel sunt a parentibus in Theologia Mysteriis edocti, c. IV. 3. quemadmodū post lapsū ab initio Antiquit. Judaic. Joseph. testatur, Adamum Scholas suas filiis, statim aperuisse. Sic & Seth, & Enos, sicut & seqq. Patriarchæ per diligentem informationem in Mysteriis Theologicis edocti sunt, quia tunc cœptum est invocari nomen Domini, c. IV. 26.

5. Quod Adami, sicut & Evæ Theologia fuerit, quoad formam, infusa, vel habitus infusus, facile probatur (1) ex Doctoris excellentia, quia Doctor ipsorum fuit Jehova Elobim, cujus est, infusam Theologiam, vel ejus infusum habitum, concedere. (2) ex applicatoris eminentia, quia Spiritus Dei per suam χειραγωγίαν, vel παίδευσιν eos deduxit ad Mysteriorum Theologicorum noticiam, qui dicitur alias Auctor Habitūs infusi Theologia, Joh. XIV. 16. 26. XV. 26. XVI. 13. & c. Act. II. 2. sq. II. Pet. I. 21. (3) ex Mysteriorum Messie, vel salutis natura, vel Essentia, dum ὑπὲρ νόον, ὑπὲρ λόγον, ὡς παρὰ νοῦν, ἀδυσπλόγητα posita: jam sublimia, difficilia, prorsus abscondita Mysteria protoplasti nequiquam percipere potuissent, nisi Jehova Elobim per infusionem Theologiam ipsis communicasset. (4) ex effectus presentia, quia simul, & semel, non tantum Theologiam totam intellexerunt, sed etiam ad ejus professionem, & explicationem, paratissimi fuerunt: Auditores statim facti sunt Doctores, quod citra habitum infusum minime contingere potuit.

6. Alias

Habitus
infusus

6. Alias communiter dicitur, quod *forma Theologiæ* fit, vel *interna*, vel *externa*; prior dicitur *Essentialis*, posterior *Accidental*, prior dat *Esse*, posterior *bene* dat *esse*, prior est *syntactica*, posterior *Methodica*. Quæ *Gemina forma* pariter in *Adami Theologia* luculenter notari potest.

7. *Interna forma* consideratur vel ratione sui, vel ratione proprietatum, ut tum καὶ ἑαυτῷ, vel *ad intra*, tum καὶ ἑτέρῳ, vel *ad extra*, tum per *ingredientia*, vel *constituentia*, tum per *consequentia* declaratur, & discriminetur.

8. Ratione sui declaratur *interna Forma*, partim ἀπορριπτικῶς & *negative*, quod *Adamica Theologia Forma* non consistat (1) in *nuda Theoria*, quod multi Scholasticorū in communi de *Theologiæ Forma* pronunciarunt. (2) Nec in *Theoria*, vel *praxi simul*, contra Thomā, & affeclas (3) nec in *praxi defensionis*, juxta Durandum. (4) nec in *praxi bonorum operum*, secundum Syncretistas. (5) nec in *doctrina*, secundū Ramum, Pareum, Polanum, & alios (6) Sed *affirmative*, in *habituali mysteriorum divinorum*, vel *Articulorum fidei*, juxta verbum Dei, perceptione (a) quia talis habitualis perceptio *Theologiæ* dat *Esse*, dat *distingui*, dat *operari*. (b) quia citra dubium *Adamus* ex *informatione Jehovæ Elobim* talem habitualement perceptionem accepit, ut verus *Theologus* fieret. (4) quia *protoplastus, Adam*, ipso met actu, per talē habitualement perceptionem, factus est *Theologus*.

9. Ratione proprietatum, *Forma Theologia Adamica* fuit (1) *Una*, quia tantū una *Theologia*. (2) *intrinseca*, quia vocatur *interna Forma*. (3) *Essentialis*, quia dat *esse*. (4) *constitutiva*. (5) *habitualis* &c.

10. *Externa forma* consistit in *externa Methodica Translationis consideratione*: Si quis hic vellet multis exponere (1) *Methodum Grammaticam*, quoad textualem structuram, & vocum, & phrasium, & connexionū Grammaticarū naturā. (2) *Methodum Rhetoricam*, quoad variā Orationis figurā. (3) *Methodum Logicam*, quoad rationalem rerum juncturā &c. non haberet, quod desiderare posset. Datur præterea (a) *Methodus Juridica*, quoad processum inter Reum, Actorem, judicem, Advocatum, Absolvendum, & condemnandum. [b] *Methodus Medica*, inter corruptum, Mortuū Medicum &c. (c) *Methodus Theologica*, quæ pariter *Historica*, prout verba jacent: partim *Dogmatica*, quoad *Finem, subjectū & Media*, sicut jam superius vidimus. Hic nihil addere possumus.

DISPUTATIO ARCHONTOLOGICÆ THEOLOGICÆ
POSITIVO ADAMICÆ.

CAP. X.

DE VERBO DEI, PRINCIPIO CO-
GNOSCENDI.

Disp. X.

Johannes

Gottlieb

Stolke /

Pirnâ

Misa.

EXpositis Principiis, tum *fiendi*, tum *Effendi*, quoad *Adamicam Theologiam Positivam*, proximū est, ut etiā de *Principiis Cognoscendi* tractationem instituiamus, quæ distinctim sunt *Oracula Divina*, conjunctim ipsum *Verbum Dei*.

2. Quod autem *Verbum Dei* sit *principium Cognoscendi Theologiam Adamicam*, probatur, (1) quia *Deus* est *principium*, tum *fiendi*, tum *Effendi*: Ergo quoque *principium Cognoscendi*, dum *sine Deo* neutiquam *Deus* cognoscitur aut, cognosci potest. Si verò *Deus* *principium* est *cognoscendi Theologiam*, vel est tale *principium*, quoad *ἀέρον* *internum mentis*, vel quoad *externum*, quo dicitur *Vox oris*: non quoad *illum*, quia *Dei mentē* nemo videre, vel cognocere potest *Rom. XI. 33.* Ergo quoad *oris verbum*, quod etiam *verissimum*. (2) quia communiter *verba Docentium* sunt *principia*, *media Discientium*: *Doctorum* *problemata* sunt *Auditorum Axiomata*: quod multo magis de *Jehova Elohim*, docente *Theologiam*, dicendum, atque concedendum. (3) quia, tanquam *primum*, *principium* semper *in scripturis* *producuntur* ejusmodi *propositiones*: *Hoc est verbum Domini: Hæc dicit Dominus*, &c. (4) quia *Spiritus. S.* ipse *Prophetiam*, seu *Verbum DEI* constituit *primum cognoscendi principium in Theologia*, *II. Pet. I. 20. Vid. Theol. Bibl. part. 2. Archont. diff. l. pag. 1. 16.* (5) quia *Dei Verbum* accurate, *ratione Dei*, *Theologiæ* *revelanda*, vel *communicanda medium*, & *ratione nostri*, vel *nostræ cognitionis*, *principium* esse dicitur, dum non aliunde, quam ex *Verbo Dei*, *Tota Theologia*, cum omnibus suis partibus, seu capitibus, procedit. (6) quia *Jehova Elohim*, tanquam *Arch-Theologus*, ad *Positivam Theologiam Adami* nihil præter *Verbum* tradidit,

Probatum
in genere.

DE VERBO DEI,

74
tradidit, hac conditione nimirum, ut *verbum* esset *Theologia principium*, & *Theologie Verbi principium*. (7) quia Verbum Dei dicitur alias Doctrinale Fundamentum Eph. II. 20. fundamentum autem cognitionis, & fidei recte dicitur Cognoscendi Principium: (8) quia cuncti Patriarchæ, Prophetæ, cum aliis Doctoribus V. T. sicut, & Christus, Evangelistæ, cum Apostolis, vel aliis plurimis N. T. suam Theologiam ex Verbo Dei proposuerunt, exposuerunt, deduxerunt, & defenderunt. (9) quia nostris temporibus id etiam usitatum, adeoque verè dicitur Catholicum Cognoscendi Principium. (10) quia Primus Theologus, Adam, nec aliud Cognoscendi Principium divinitus accepit, nec aliud habere potuit, nec aliud habere debuit, nec aliud habere voluit.

Optus. 3. Quod etiam in *Adami positiva Theologia* Verbum Dei, tanquam *Cognoscendi principium*, adhibeatur, nobis proponatur, ex ipso Textu probamus (1) *Ex Verbi Ortu*, quia suum ortum habet à Jehova Elohim: hic autem tanquam primaria Causa Theologiæ producit: jam media causa pendet à primaria: verbum Dei verò media Theologiæ Causa, vel etiam Jehova Elohim in Paradiso dicitur independens, à quo Theologia pendet tum in fieri, dum per divinam revelationem facta; tum in esse, quia non ab alio, quam à Jehova Elohim suum esse, quoad omnia Mysteria, vel etiam partes, est consecuta; tum in operari, quia per Theologiam Jehova Elohim operatus est plenariam doctrinæ salutaris notitiam, firmum assensum, & plenam fiduciam, ipsam pariter Vitam spiritualem, & salutem v. 20.

Statu. 4. (2) *Ex Verbi statu*, quia nihil aliud Verbum est, quam illud medium, per quod à DEO Theologia revelationis ad nos homines procedit: à quo vero procedit aliquid quocunque modo, illud principium appellatur.

Ufus. 5. [3] *Ex Verbi usu*, quia DEUS ipse non aliter hoc Verbo per revelationem utitur, quam ut ipsam Theologiam in mentibus hominum generet, tenebras ignorantiae dissipet, lumen Theologicæ cognitionis communicet, & sic Theologiæ habitum in cordibus formet, atque peccatores, rerum Theologicarum ignaros, in fideles Theologos commutet.

6. [4] *Ex*

8. [4] *Ex iterationis frequentioris actu*, quia sicut principiis
 cognoscendi semper opus est in omnibus principiatis, ut hæc ex
 illis deducantur; ita Gen. III. quoque notabile Vajomer Elohim
 sapius occurrit, tum quoad *Theologiam parascevasiticam*, ratione
preparationis, v. 8. ubi Deus ad preparationem, quoad revelandam,
 & formandam *Theologiam Messianam*, sese convenienter accingit,
 adeoque sic illud Vajomer est principium cognoscendi, quoad præ-
 paratoriam *Theologiam*: tum quoad *Theologiam Examinatorem*, &
nomotheticam, quasi *materialem*, & in statu perfectionis antea
 cognitam, & obviam, v. 9. 10. 11. 12. 13. tum quoad *Theologiam*
Messianam, vel *Evangelicam* v. 14. 15, tum quoad *Theologiam Exege-*
ticam, & ratione *crucis*, & *doloris*, cum *Theologia Christianorum* sit
Theologia Crucianorum, & *Ecclesia militantis* *Theologia*, dicitur
Vera militia, Job. VII. 1. *militum Christianorum* II. Tim. II. 2. *spiri-*
tualiter armatorum, Eph. VI. 11. seqq. & ratione *Laboris*, & *operum*
vocationis v. 17. 18. cum quilibet verè fidelis in certa vocatione vi-
 vere, simulque diligenter opera vocationis expedire debeat &
ratione mortis v. 19. cum Vita Messianorum via certa sit ad mor-
 tem, dum strenue laborandum per omnem vitam ad horam us-
 que mortis; & *ratione Vitæ*, quia Christiani Theologi non ad me-
 ram mortem tendunt, nec in ea desinunt, vel pereunt; sed per
 mortem ad veram, & meram vitam transeunt v. 20. tum quoad
Theologiam practicam, quæ dicitur *partim fidei salvificæ*, *partim*
perpetuæ penitentia, siquidem hæc utraqve perpetuum medium
 ad *Theologiam conservandam practicam*, quod itidem ex ver-
 bo, tanquam principio, pendet. Nam. v. 20. *pelles* sistuntur, non
vulgares, sed *singulares*, non *naturales* tantum, sed etiam *sacri-*
ficiales, non *corporales*, sed *spirituales*, vera fide firmiter *apprehen-*
dende, firmiterque peccatoribus *applicande*, quæ simul offerunt,
 & peccatorum obvelationem, vel remissionem, & simul justi-
 tiæ veræ, seu vitæ, per sacrificia typica Messiaë mactata, prome-
 ritæ imputationem. Nam *justificatio* talis, quoad objecta debet
 esse perpetua, secundum illud, *qui justificatus est, justificetur ad-*
huc Apoc. XXII. 11. & pro remissione peccatorum omnes iusti
 Deum

Deum semper invocare necessum habent *Psal. XXXII. 6.* Præterea *v. 22.* Pœnitentia, tanquam continuum medium practicum, Protoplastis commendatur. Nam dum quotidie, vel etiam singulis momentis homines corrupti peccant, verè fideles etiam singulis momentis pœnitentiæ remedium usurpant, cum tota Christianorum vita sit perpetua pœnitentiæ Schola.

Effectus

7. [5] *Ex Verbi Effectu*, quia Dei Verbum, secundum Exemplum Protoplastorū, alienos à Deo facit Deo proximos, Diaboli Vasallos Dei filios, peccatores fideles, ignorantes, & nihil de Messia, vel Salute cognoscentes, sapientes, & bene doctrinæ Theologicæ, scientes &c. Sic ergo Verbum Dei, tanquam principium cognoscendi, parit in Adami mente, tum intelligentiam rerum Theologicarum, sicut alias Theologia dicitur *intelligentia* *Proy. I. 2. Eph. III. 4. I. Cor. II. 16. Rom. XI. 34.* tum *scientiam*, ut verè sciverit ea, quæ revelata fuerunt, sicut alias Theologia vocatur *scientia* *Luc. I. 77. Esai. LIII. 12 Malach. II. 7. &c.* tum *sapientiam*, quia verè factus est sapiens vitæ, vel Messia Professor, *Gen. III. 20.* sicut non raro Theologia nuncupatur *sapientia* *I. Cor. II. 6. 7. Eph. I. 8. III. 10. Jacob. I. 5.* tum *Prudentia*, quia Theologus Adam prudenter Pseudo-Theologum serpentem deserit, & ad Archi-Theologum accedit, sicut Theologia pariter in sacris Prudentia salutatur *Luc. I. 17. Psalm. C XIX. 110. Proy. I. 2. seqq. c. II. 5. seq. III. 13. &c.*

8. Accedunt hic alia multa, quæ Verbum Dei, tanquam principium Cognoscendi Theologiam, Adamo proposuerunt, qualia sunt (1) *DEi πρόγνωσις*, quia DEus Verbum, ut cognoscendi principium, præcognovit, (2) *DEi ἐγλῆσις*, vel DEi Voluntas, quæ cognoscitur ex factis externis quia, quæ Deus vult, illa, facit *Psal. XXXV. 6.* (3) *DEi πρόθεσις*, quia Deus hoc ab æterno proposuit, atque decrevit, ut Verbum hominibus esset cognoscendi principium. (4) *DEi θέσις*, quia Deus hoc Verbū, ut cognoscendi principium, in Paradiso posuit *v. 15.* cum sit Thetica Theologia vid. *I. Cor. III. 10.* (5) *DEi ῥασις*, quia Deus statim Verbum suum, ut Cognoscendi principium, ordinavit

dinavit. (6) *Dei ἀρχῆς*, quia Deus etiam non aliter Verbum, quoad Protoplastos, quam ut Cognoscendi principium, adhibuit. (7) *Verbi φῶς*, quia verbum est proles divina mentis, in qua primum resident omnia mysteria regni coelorum, tanquam βασις γῆς 1. Cor. II. 10. & non alia ratione, quam per Verbum oris προφορῶν, tanquam per principium, manifestari possunt. (8) *Verbi χεῖρ*, quia semper Ecclesia Verba Dei verbum, tanquam Cognoscendi principium adhibuit.

9. Dicitur autem *Verbum Dei*, quoad *Adam positivam Theologiam*, (1) *Principium*, quia Theologia Adami pendet à Verbo Jehovæ Elohim. (2) *quia* procedit ab eodem, ut principiatum, adeoque respicit illud ut principium. (3) *quia* prius est Adami Theologia, quoniam DEUS primò Verbum revelavit, & Adam ex hoc revelato verbo sibi Theologiam comparavit. (4) *quia* Verbum est causa positiva Theologiæ: causa verò communiter dicitur Principium. (5) *quia* Dei Verbum alias ὁ πᾶν in rebus theologicis esse dicitur. (6) *quia* propterea Deus revelavit hoc verbum, ut fieret, & esset, Adamicæ theologiæ principium. (7) *quia* tota Theologia Adami suum esse, & nosse, juxta Verbum, consequitur.

10. (2) *Cognoscendi Principium*, declaratur (1) *negative*, quod *Cognoscen-*
neutiquam ita dicatur (a) *ratione Dei*, quasi fuerit principium *di Principi-*
Dei, vel à priori, sive à ante, cum Deus simpliciter, primum, & *pium.*
ab æterno cognoscat, & sit ἀλόωτης ἀποφύσεως, per se primum videns, & à se cognoscens omnia. (b) *nec ratione mentis*, vel *sensus Dei*, cum mens Dei sit infinita, speculum pariter im-
mensum, & à se ipso, per se ipsum, in se ipso, cuncta videns,
& faciens, nec aliunde sua scientia, vel cognitione, pendens.
(c) *Nec ratione Verbi Dei*, quia Verbum sui ipsius principium esse
positivè nequit, sicut alias dicitur, quod nihil sit causa sui
ipsius, &c. Sed potius est Principium affirmative (c) *ratione divi-*
norum fidei, salutisq; Myſteriorum, à ut *partium Theologiæ*, vel ipsius *toti-*
us Theologiæ, quia tota Theologia per hoc verbum primitivè à
Jehovæ Elohim tradita, vel manifestata. (β) *Ratione protoplasto-*
rum,

rum, quia protoplasti per hoc Verbum, tanquam principium, omnia capita Theologiæ consequiebantur. (γ) Ratione *futura- rum revelationum*, & *secutorum Theologorum*, dum omnes cæteræ revelationes essentialiter ab hac prima revelatione Verbi, tanquam à Principio primitivo, deducuntur.

à priori.

11. Hoc Cognoscendi principium consideratur *partim à priori*, quoad *mentem divinam*, quatenus λόγος & *προφορικὸς* præsupponit λόγον *ἐνδικαίον*, non equidem simpliciter, sed suo modo. Mens divina verè dicitur intelligentia, scientia, sapientia, Prudentia, & quidem non accidentaliter, sed essentialiter, non habitualiter, & qualitative, sed actualiter, & quidditative, adeoque sic Dei Verbum quadantenus ipsam Dei mentem sistit, & exhibet, sicut alias dicitur à Philosopho, quod Verba symbola sint conceptuum animi, vel ejus cognitionis.

à formali.

12. *Partim à formali*, quoad *linguam divinam*, quia verba sunt oris divini, & quatenus sunt oris Veritatis Verba, sic & sunt oris veritatis principia, sicut veteres dixerunt: Principium in omni cognitione Nomen est: unde, juxta rationem Etymologicam, est quasi *Novimen*, à *novisse*, cum sit medium, symbolum, speculum &c. cognitionis, & quoties Doctores, ut Veteres loquuntur, toties Auditores ipsorum verba, tanquam principia, venantur, vel aucupantur.

à posteriori

Ad ob-
jectum.

13. *Partim à posteriori*, sic rursus diversimode consideratur, & applicatur (a) *ad objectum*, quia ratione dicitur *Adami Theologia*, quoad specialia tum objecta, tum modos, tum fines: (1) *Theologia Thetica*, quæ versatur circa *Theses Theologicas*, & ipsam Theologiam per theses proponit. (2) *Theologia systematica* (3) *Theologia Didactica*, quando nimirum non modo Theses proponit, sed etiam Auditoribus eas Didactice proponit. (4) *Theologia Exegetica*, quæ potissimum libros, Capita, vel Oracula Biblica per evidentem Exegesein exponit. (5) *Theologia Hermeneutica*, quæ principia, & media hermeneutica tradit. (6) *Theologia Apodictica*, vel *Acroamatica*, quæ Theses Theologicas apodicticis fundamentis contra quosvis contradicentes munit. (7) *Theologia Homiletica*, quæ

popu-

populum, in Templo concionando, per Homilias informat. (8) *Theologia Elenctica*, vel *Polemica*. (9) *Paranetica*. (10) *Epanorthotica*. (11) *Paracletica*. (12) *Aflectica*. (13) *Caustica* &c. Hæc omnia non equeidem in *Adami Theologia* verbis explicititis invenimus; im-
plicitate tamen, quoad sensum, ibidem singula deprehendimus.

14. Principiū cognoscendi, seu *Verbū Dei*, respectu taliū *objectorū*, est, (1) *Principium theticū*, (2) *συστατικόν*, (3) *διδασκτικόν*, (4) *ἐξηγητικόν*, [5] *ἐρμηνευτικόν*, (6) *ἀποδεικτικόν*, (7) *ὁμιλητικόν*, (8) *ἐλεγκτικόν*, [9] *παραινητικόν*, (10) *ἐπαγορευτικόν*, [11] *παράκλητικόν*, (12) *ἀσκητικόν*, (13) *Casusisticum* &c.

15. Dicitur autem *Verbum Dei cognoscendi Principium* quoad *positivam Adami Theologiam*, non tam καὶ ἴσω, quia sic est, & manet in *Deo*, nobis autem non manifestatur, nec ἀμέσως ad cognitionem nostram ordinatur; quam καὶ ἴσως, quatenus ex ore Dei pronuntiatur, nobis & nostræ satuti destinatur, & tanquam principium nostræ copitionis adhibetur. Unde prolixius in *Synopsi Theol. Bibl. pag. 59. seqq.* demonstravimus, quod *Verbum Dei* non sit *Principium Cognoscendi* (1) quatenus est in mente Dei primum existens. (2) Nec quatenus ratione divinæ cognitionis in intellectu Dei lux splendens. (3) Nec quatenus est intrinsecus in cogitationibus divinis residens. (4) nec quatenus in decretis voluntatis divinæ firmissime statuens. (5) Sed quatenus est externum oris Dei, vel revelationis Dei medium; per quod Deus in mentibus nostris cognitionem rerum divinarum accendere constituit.

16. Probatur hoc ex *Adami positiva Theologia*, quod tale *Verbum externum Dei* sit nostræ cognitionis principium (1) quia Deus nullū aliud communicandæ cognitionis sui medium, juxta textum abhūit, quod in textu citra dubium allegatum fuisset, si tale quoddam cognoscendi principium extitisset, vel adhibitū fuisset. (2) quia solummodo *Moses* externi Verbi Dei mentionem facit, & illud, tanquam Cognoscendi principium introducit. (3) quia satis clarum esse videtur, quod divinæ revelationis mediū sit humanæ cognitionis principium; jam autem *Verbum Dei* solum fuit divinæ revelationis medium. (4) quia notum est, ex *Gen. III.* quod ibi cognitio protoplastorum incipiat, ubi revelatio di-

vini

verbi se terminat, inprimis, quia divinæ & humanæ mentis vera datur, respectu divinorum mysteriorum, identificatio, conformatio, vel cognatio, cum de Deo, rebusque divinis nulla prorsus alia cognoscere debeat homo, quam Deus ab æterno cognoverit, atque de salute constituerit. Quæ *Jehova Elohim* de Adami Theologia revelabat, vel de salute cogitabat, & quæ per oris verba sonabat, illa pariter *Adamus* mente sua per fidem acceptabat, suamque mentem in his menti divinæ conformabat.

Propria.

17. (c) Ad *propria*, quod nimirum Verbo DEI convenient omnia *propria Principiorum Primorum*, quæ communiter etiam juxta Philosophiam iis tribuuntur; quia *Verbum Dei* dicitur. [1] *Principium Adamicæ Theologiæ primum*, cum Adami verbum ante se prius non habeat nec habere queat. (2) καὶ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, dum paradisiacum Dei Verbum, quoad Adami Theologiam, in omnibus principii rationem habet. (3) καθ' αἷον, per se, propter suam, quam à Deo possidet, naturam divinam. (4) καθόλου, cum propter se principii naturam obtineat. [5] ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, dum per se fidem meretur. [6] ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, dum propter suam eminentiam, evidentiam, efficientiam, ex se fidem obtinet. (7) ἀμέσως, dum est ἀμέσως à principio primo Essendi. (8) ἀναπόδεικτον, quod aliunde demonstrari non potest, verèque dicitur *indemonstrabile*. (9) ἀσάμφη βήτητον, *indubitatum*, cum sit ipsius veritatis. (10) οἰκεῖον, vel *domesticum*, & *nativum*, non forinsecus allatum, (11) ἴδιον, *proprium*. [12] ὁμολογούμενον, ab omnibus in confesso positum, & sine contradictione concessum, (13) μοναδικόν, vel *solitarium*, & *unicum*, cum revera sit unicum: primum autem; revera tale, necessario sit unicum. (14) ἀκέραιον, *summum*, quod alia cuncta sibi subordinat, ipsum verò principium reliquis omnibus præest. (15) ἀκίνητον, *immutabile*. (16) ἀνίκητον, *invictum*. (17) τέλειον, *perfectum*, quod in se perfectionem debitam possidet, & aliis inferioribus perfectione præbet. (18) ἀνεξήγητον, *incomprehensibile*, cujus ratio dari neque potest, neque debet &c. Hæc cum aliis omnino demonstrant, *Verbum, Adamo revelatum, esse positivæ Theologiæ Adamicæ principium*.

DISPUTATIO PRÆLIMINARIS THEOLOGICÆ
POSITIVÆ ADAMICÆ.

CAP. XI.

DE VERBI DEI NATURA.

DISP. XI.
M. Joh.
Hieron.
Homili9,
Oedera
Mish.

DE Verbo Dei, tanquam Principio cognoscendi, jam egimus in Disputatione precedenti: nunc etiam in Naturam ejus, juxta Theologiam positivam Adamicam, planius, & plenius inquiramus. Nam de Verbo Dei, sicut, & de quolibet alio tractationis objecto, tria communiter exponuntur, primò Natura, Deinde Proprietates, vel Attributa, tandem Operationes. Nos hæc tria de Verbo quoque Dei, juxta Theologiam Adamicam, notabimus, & juxta Gen. III. potissimum explicabimus. Hac vice de Natura Verbi Dei pauca proponemus.

2. Natura Verbi Dei traditur in Adami Theologia positiva, tum quoad Onomatologiam, tum quoad Pragmatologiam, cum illa *ἡ φύσις* Verbi naturam ponat in ipso Nomine, hæc vero naturam Verbi, quoad rem, *ἐκφρασις* exponat.

3. Onomatologia tradit Etymologiam, Homonymiam, & Synonymiam; illam quoad vocis ortum; istam quoad vocis sensum; hanc quoad vocis usum.

4. Terminus Verbi Dei, cum Latini sit idiomatis, in Adami Theologia formaliter non invenitur, cum Latina Lingva nondum extiterit, sed demum in confusione Linguarum Gen. XI. cepit. Neque terminus hic Nominaliter, ut alibi frequentissime *אֱלֹהִים*, *יְהוָה*, *יֵשׁוּעַ*, *יְהוֹשֻׁעַ*, *יְהוֹשֻׁעַ*, *יְהוֹשֻׁעַ*, &c. introducitur: neque participialiter, sicut etiam non raro participia loco nominum adhibentur: sed verbaaliter, quæ ratione sapientius illud *וְיֹמַר* aut *וְיֹמַר יְהוָה אֱלֹהִים* simpliciter repetitur Gen. III.

5. Complexus autem hic terminus emphaticè continet, tum materiale, tum formale: quoad Materiale dicitur Verbum quia pluribus tribuitur, dum, & de Verbo Dei, & de Verbo Angelorum, & de Verbo hominum, generaliter, instar materialis rationis, quæ multis alias competit, revera dicitur: quoad formale dicitur Dei Verbum, utpote quod dat proprium esse huic Verbo, respectu cujus proprie Dei Verbum est: dat proprium distingui, dum per hanc Vocem, Dei, tanquam notam *διακρίσις*, hoc Verbum ab omnium aliorum verbis accurate, vel adæquate distinguitur, & tanquam Creatoris Verbum

DE VERBI DEI

Majestaticum, ab omni creaturarum verbo discernitur: dat proprium operari, quia veras, & meras parit divinas operationes, quæ reliquis verbis minime conveniunt.

Homonymia.

6. Quoad Homonymiam offert *Adamica positiva Theologia*, quoad Cap. I. II. III. (1) *genuinum DEi verbum*, quod ipse Deus eloquitur c. I. 3. seqq. c. II. 17. c. III. 9. seqq. dum in mente divina; tanquam internum Verbum, præsupponitur, per os Dei, seu speculum divinæ mentis, & decretum divinæ voluntatis, formaliter exprimitur, & hominibus, tanquam norma, vel regula credendorum, & faciendorum, proponitur. (2) *adulterinum DEi verbum*, quod à creaturis per varias tentationes corrumpitur, vel addendo, sicut Eva rō is addidit; Item: *Non tangeris illam*: vel omittendo, sicut serpens omisit nomen magnum, *Jehova*: tum præceptum positivum: *Ex omni ligno Paradiso comedes*: tum invertendo, dum præceptivum & obligativum Verbum in interrogativum, & dubitativum Serpens convertit: tum pervertendo, dum mutatione genuini sensus contrarium ei sensui affigit, & verbum divinum in Diabolicum perperam invertit, vel potius prorsus evertit: tum opponendo, vel contradicendo: *Nequaquam moriemini*. Quod primum est in serpentis intentione; sed ultimum in executione.

Synonymia.

7. Quoad Synonymiam Verbi DEI verum est, quod in sacris literis varia passim reperiantur *Synonyma*, quæ cum primis in Psal. CXIX. collecta reperiantur: Sed *Gen. III.* tantum unicum explicitum *Synonymum* invenitur, quando v. 8. dicitur *קל יהוה אלהים*. *Vox Jehovæ Elohim*. Nam satis aperte liquet, quod *Vox DEI*, & *Verbum DEI*, materialiter *Synonyma* sint; licet, abstracte loquendo, suo modo quoque differant: Nam *Vox* est. *Dicentis*, *Verbum* est. *dictum*; *Vox* est DEI, qui *Verbum* profert, *Verbum* est res, quam Deus profert; *vox* est medium, *Verbum* est objectum; *Vox* antecedit, *Verbum* sequitur; *Vox* est formale, *Verbum* est materiale; *Vox* est transiens, *Verbum* est permanens; &c.

Pragmatologia.

8. *Pragmatologia*, quoad *Naturam*, exhibet & *Verbi Dei Definitionem*, & *Verbi Dei Divisionem* cum illa naturam rei tradat *ἁπλως*, sicut alias *Definitio* dicitur *ἁπλως τῆς οὐσίας*, *Oratio*, naturam, vel *Essentiam* declarans; *hæc* autem eandem naturam exhibeat *μερικῶς*, in certis partibus distribuentibus.

9. *Definitio gemina* communiter dicitur, & *Existentie*, & *Essentie*; prior tradit quæstionem *An sit*? posterior quæstionem *quid sit*? prior confusam, posterior distinctam parit notitiam.

10. *Quod Existat autem Dei Verbum in Adami positiva Theologia*, probatur (1) *Ex vera Existentia Dicentis*, quia Jehova Elohim aliquoties, ut dicens, introducit: Atqui, ubi dicens est, ibi necessario dictum, seu verbum est, cum Dicens per Verbum sit dicens; & sine Verbo dicens nec esse, nec appellari potest. (2) *Ex vera Existentia sermonis*, quia sermo, qui dicens est, objectum, & Effectum vere per Verba constituitur, & absolvitur: Posito proinde sermone, ponuntur constituentia sermonis, quæ sunt Verba, vel hoc loco Dei verba. (3) *Ex vera Existentia nominatim vocantis*, quia Jehova Elohim nominatim vocat Adamum, Adam, ubi est quæ vocatio, nomen tenus instituta, sine Verbis non fiebat, nec fieri poterat. (4) *Ex vera Existentia Examinantis*, v. 10. (5) *Ex vera Existentia revelantis*. (6) *Ex vera Existentia prophetantis*, seu *predicantis* Semen mulieris, & alia, v. 16. seqq. (7) *Ex vera Existentia docentis*, vel *informantis*. (8) *Ex vera Existentia Legislatoris objurgantis*. (9) *Ex vera Existentia militiam mysticam*, seu *militantem vel Ecclesiam*, vel *Theologiam, ordinantis*, atque *fundantis*, &c. quæ tum omnia, tum singula, certissimam Existentiam Verbi DEI firmiter probant, atque demonstrant.

11. *Essentie Definitio* duplici ratione proponitur: (1) *conjun-*
ctim, in ipsamet Definitione. (2) *Distinctim*, in *causarum explicatione*, cum rem ipsam scire, sit eam, ex Philosophi judicio, per causam nosse.

*Essentie
Definitio.*

12. Juxta *Definitionem Verbum Dei* dicitur *Verbum Jehova Elohim*, quod ex ejus gratia, in Semine Mulieris, vel Messie fundata, per *revelationem divinam*, ad peccatorum penitentium salutem, protoplastis, & ipsorum posteris, publicatum.

13. Hæc *Definitio causalis* est, & complectitur (a) *Genus*, (b) *Differentiam*. Genus est verbum, præcise, vel indeterminate sumtum, quod præscindit à verbo Regni potentia, Gen. 1. 3. seqq. à verbo Regni Gratia, quod nobis proponitur: & à Verbo Regni gloria, quod Deo, Job. 1. & II. 1. Reg. XXII. 22. &c. Angelis etiam, Esa. VI. 3. & Beatis celestibus, Apoc. IV. & V. &c. suo modo tribuitur, & hoc sensu vere loco generis ponitur, atque jure poni potest.

Genus.

14. *Differentia* desumitur (1) *ab efficiente*, quia tum *causa movens*, Gratia Dei, I. Cor. III. 10. tum *agens*, Jehova Elohim, Deus Unus in *Essentia*, Trinus in *Subsistentia*, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, tandem etiam *Messias*, & *Semen Mulieris*, seu *causa prome-*

*Differen-
tia.*

promerens, & totum *fundamentum* ponens, diserte producitur. (2) à *forma*, quæ dicitur *Revelatio* divina, per quam verbū, suū & *Esse*, & *distingvi*, & *operari*, consequitur. (3) à *Materia*, quæ ratione *subiecti* vel *objecti*, sunt *protoplasti*, cum *omnibus posteris*, quibus Dei Verbum est *revelatum*, & quidem *peccatores*. (4) à *fine*, quod Verbum ad *salutem peccatorum* sit *publicatum*, & his directe *destinatum*.

15. Ut autem de *Natura Verbi* planius, & plenius informemur, ideo nunc ipsam *Causarum Theoriam*, & *Ergasian* ingrediemur, dum omnes *Causas* & in *positiva Theologia* *Adami*, & in *historia paradisiaca*, vel in ipso *Textu*, conspiciamus.

Efficiens. 16. Primum notamus *Causam Efficientem*, eamque, vel *moventem*, à *priori*, cum alias *Efficiens causa* non ageret, nec verba proferret, nisi certa ratione quadam ad illa proferenda commoveretur; vel *promerentem*, à *materiali*, & *formali*, vel ab *inferiori*, cum sine tali merito neque darentur *materialia*, neque *formalia*, Verbi DEI, salutem nobis offerentis; vel *agentem* à *posteriori*, seu *finali*, dum *Jehova Elohim* agens, & Verba DEI dicens, vel proloquens, introducit.

Movens. 17. *Causa Movens* est *Paterna Dei Gratia*, quia secundum *misericordiam* suam *protoplastis*, & *omnibus posteris*, hoc Verbum salutis, ut *Act. XIII. 26.* vocatur, clementissime revelavit; sicut alias *Dei Gratia* dicitur *movens causa Theologiae*, *I. Cor. III. 10. XV. 10* & propterea Verbum *Evangelii*, vel *Theologiae*, verbum gratiæ nuncupatur, *Act. XIV. 3.* sicut autem *Architheologus, Christus Jesus*, in diebus carnis officium suum *propheticum* in plenitudine temporis executurus, *Theologiam* suam per virtutem *Spiritus* in *verbis gratiæ* manifestare voluit, dum, post tentationem *Diabolicam* in deserto, venit ad *verbi prædicationem*, & *Theologicam doctrinam* professionem, atque publicationem, in virtute *Spiritus* in *Galilæam*, *Luc. IX. 14.* & in *Patria Nazareth* primam ex *Esai. LXL. 1.* concionem, speciminis loco cum admiratione, vel obstupefactione cunctorum Auditorum, deposuit, v. 18. seqq. nulla nisi gratiæ verba tantum adhibere voluit, quia v. 22. *Testimonium omnes auditores illi dabant, & mirabantur hunc Theologum*, qui non docebat ut *Scribæ*, & *Pharisæi*, *Matt. VII. 29.* sed ἐξουσίᾳ ἐχού (in VERBIS GRATIÆ, quæ procedebant de ore ipsius: sic etiam *Messias* primum omnium in *Paradiso*, tanquam *Archi-Theologus*, suum officium in *verbis gratiæ* fuit exorsus, quia *verbum Evangelii* fundatur in

Semine

Semine Mulieris, quod est unus homo in gratia, Rom. V. 15. conspicitur in corde Patris gratioſo, qui Deus omnia gratia, I. Pet. V. 10. auditur in verbo Gratia, quod est Evangelium, Act. XIV. 3. percipitur in beneficiis, & donis gratia, quorum maxima reperitur in c. III. copia, &c. Hinc *Adami Theologia gratia Theologia.*

18. *Causa Promerens* est ipse Messias, vel Semen Mulieris, Causa Meritoria tum *Adamicæ Theologia*, tum cujusvis alius, etiam *modernæ Theologia*, tum quia sine Messia nulla revelatio fuisset, Ergo nec verbum ullum: tum quia sine Messia nulla fuisset *Theologia*, vel etiam *Verbi Theologici* professio, sicut ipse Pater cœlestis indicat: *Mat. III. 17. Hic est Filius meus dilectus*, ἐν τῷ εὐδόκῳ : quin imò c. XVII. 5. addit: *ἀλλ', ipsum*, ut *Archi Theologum*, audite, quia succus, & sanguis omnis *Theologicæ revelationis*, cognitionis, & operationis, ex ejus merito pendet, dum in scientia sui servus hic justus multos, vel omnes, justificat, *Esa. LIII. 11.* & in ipso nobis absconditi sunt omnes thesauri Sapientie, & scientiæ divinæ, *Coloss. II. 3.* cum primis, quia plenus est non tantum gratia, sed etiam veritatis, & Sapientie, nimirum per suum meritum, quo factus nobis est sapientia, I. *Cor. I. 30.* ut ex ejus plenitudine gratiam non modo pro gratia consequamur, sed etiam ex plenitudine veritatis, & sapientiæ veritatem, & sapientiam *Theologicam* consequamur, *Joh. I. 16.*

Promerens.

19. *Agens* tandem causa sequitur, quæ dicitur *Jehova Elohim, Deus Unus*, quoad Essentiam, quia *Jehova*; *Deus Trinus*, quoad Subsistentiam, *Pater, Jehova Elohim deambulans*, *Filius, Jehova Elohim Vox*, & *Verbum sonans*, vere *predicans*, & *Evangelizans*, *Spiritus, Jehova Elohim spirans*, *aspirans, inspirans*, & per inspirationem verbi mentes, & corda spiritualiter illuminans.

Agens.

20. Est igitur *Jehova causa* vel *agens*, vel *operans Verbum*: (1) quia *Jehova Deus* est *Esse*, dat *Esse*, facit *Esse*, cunctis, & singulis, & sic etiam *Verbo Dei* dat *Esse*, tanquam vera causa. (2) quia *Verbum Dei* Medium est divinae revelationis, cum per verbum divina fiat revelatio. Medium autem hoc, est a *Jehova*. (3) quia *Jehova*, tanquam *Essentia*, principium primum omnium affectionum, & operationum, quæ Deo conveniunt: jam *Verbum* est *Dei*, necessario proinde sequitur, quod ex *Essentia* ducat originem. (4) quia *DEUS* unus est autor *Verbi Creationis*, ergo pariter erit autor *Verbi reparationis*.

Jehova.

Elohim.

21. Est etiam *Elohim*, Deus *Trinus*, *conjunctim*, quoad totam Sacrosanctam *Trinitatem* auctor *Verbi Dei* (1) quia loquens in cap. III. *Geneseos*, ut *DEUS*, semper vocatur *Jehova Elohim*: Omnes igitur tres *Elohim* *quiescentes* indicantur. (2) Quia *Verbum Dei* quoque *Gen. II.* tribuitur *conjunctim* omnibus *Elohim*, v. 16. seqq. (3) quia juxta caput I. in opere *Creationis* semper *Elohim* verba *Dei* protulisse deprehenditur, sicut ex omnibus operibus *creationis* *distinctorum* *dierum* videre licet. (4) quia *restorationis* opus, quod in hoc capite potissimum attenditur, omnibus tribus personis *conjunctim* attribuitur, & revera dicitur attribuendum, cum primis ratione *Verbi*, quod *ῥὸ πᾶν* est in opere *gratiose* *restorationis*. (5) quia per universam *scripturam V. T.* hoc *Dei Verbum* ad *Elohim*, vel tres *SS. Trinitatis* personas, frequentissime refertur.

Pater.

22. *Distinctim* pariter *Dei Verbum* refertur (a) ad *Elohim Patrem*: (1) quia *Pater*, ut *Pater* providus, in *paradiso* *deambulans*, *creaturarum* *statum* *considerans*, *bonas* *conservans*, & *gubernans*, *malas* *emendans*, & in *ordinem* *revocans*, *locutus* *protoplastis* dicitur, v. 8. (2) quia *Gen. I.* *Pater*, ut *Elohim* dicens, semper *distincte* *revelatur* v. 3. 6. 9. 14. &c. & a reliquis personis hoc *charactere* *discriminatur*. (3) quia *Filius Elohim* *producitur*, ut *ἄγος* *Patris*, & *Spiritus*, ut *Elohim Spiritus*, *Patris*, & *ἄγος*, vel *communis* *utriusque* *Spiritus*, c. 1. 3. [4] quia sicut *Pater Elohim* est dicens, ita *Filius* *Benedicens* *Elohim*, c. II. 3. (5) quia *Pater Elohim* *apostatas*, & *rebelles* *creaturas*, *Protoplastos*, *et* *tenebris*, & *labyrinthis*, *ex* *erroribus*, & *labyrinthis*, *et* *peccatis*, & *pravitationibus*, &c. *dicendo* *revocavit*. (6) quia *Pater Elohim*, ut *legislator*, *promulgator* *legis* *ad* *thronum* *judicalem* *dicendo* *vocavit*, *rigoroso* *examen* *cum* *eis* *adornavit*, *eos* *de* *commisso* *scelere* *tantum* *convictos*, *manifestavit*, & *justi* *judicis* *partes* *administavit*. (7) quia *non* *tantum* *justi* *judicis* *partes* *erga* *serpentem* *maledictione* *sua* *consummavit*, *sed* *etiam* *misericordiae* *fores* *restravit*, *seductos* *a* *maledictione*, *propter* *intuitum* *Seminis* *Mulieris*, *liberavit*, & *hac* *misericordiarum* *hominum* *maledictione* *magis* *magisque* *serpentem* *oneravit*, v. 14. *ipsos* *autem* *homines*, *in* *gratiam* *per* *Messiam* *receptos*, *justificavit*, & *sanctificavit*. (8) quia, tan-

tan-

tanquam Pater, in Messia futura bona prædixit. (9) quia, tanquam misericordissimus Pater, Filium unigenitum in redemptorem miseris mortalibus, verbis gratiæ, promisit, & exhibuit. (10) quia dictis aliis etiam protoplastis v. 16. seqq. suam gratiam, providentiam, benevolentiam, & beneficentiam, obtulit.

Filius.

23. (b) Ad Elohim Filium: (1) quia Filius Elohim est Vox Patris Dicentis, v. 8. dum per eam loquitur. (2) quia Verbum est Patris, qui tanquam Verbum passim in V. & N. T. producit. (3) quia Verbum est Creans, & Creationis, Gen. 1 & Joh. 1. 1. 2. (4) quia λόγος, & Orator est Patris, per quem omnia Pater enarrat, Joh. 1. 18. (5) quia patris interpres est, vel Angelus, γλῶσσ. Job XXXIII. 23. qui Protoplastis æternam voluntatem Patris interpretatus est. (6) quia sonuit ut λόγος in paradiso mystico, qui dicitur Ecclesia, tum, V. T. variis apparitionibus, tum in N. T. quando sensibilibus, & palpabiliter Verbum prædicavit. I. Joh. 1. 1. (7) quia Propheta καὶ ἐξ ὧν, Princeps Prophetarum, Rex omnium Prophetarum, statim in Paradiso factus est. (8) quia, statim etiam primus Evangelista factus est. (9) quia per Verbum mysticæ militiæ Princeps evasit, Gen. III. 15. verbum enim mysticus gladius est, Eph. VI. 15. & verbo militiam adornare, suosque contrarios hostes superare solet, Matth. IV. 4. seqq. (10) quia Filii Nomen est Verbum Dei, tum in regno potentia, Gen. 1. 3. Job. 1. 1. 2. tum in regno gratia, Job. 1. 14. tum in regno Gloria, Apoc. XIX. 13.

24. (c) Ad Elohim Spiritum S. (1) quia Spiritus S. est Spiritus Dicentis Patris, per quem Pater dicit, cum sit Elohim dicentis, Gen. 1. 2. 3. (2) quia Spiritus est Vocis, seu Verbi, dictique. (3) quia Spiritus est sonans, & resonans, Gen. III. 8. Act. II. 2. (4) quia Spiritus est Dies, v. 8. qui per verbum gratiæ diem accendit, Esa. LX. 1. LXL. 1. seqq. (5) quia Spiritus est lucis verbalis, qui cuncta per verbum operatur, cum primis, quæ mystica sunt in regno gratia, v. 8. seqq. (6) quia Spiritus hic spiravit, & motavit vocem Elohim salutarem ad Protoplastos, v. 8. (7) quia vocem Evangelii non tantum auribus, sed etiam mentibus, & cordibus adspiravit, & inspiravit. (8) quia juxta prophetas passim est Spiritus loquens ad Prophetas, & in Prophetis, & cum Prophetis. (9) quia Prophetis, & Apostolis dat ῥὸ ῥή, & ῥο πῶς loquendi per Verbum Dei, Matt. X. 19. 20. (10) quia Præses est Sacerdotii, Gen. XIV. 18. & Ministerii, II. Cor. III. 8. Act. XX. 28. (11) quia per eum omnes loquuntur. II. Pet. 1. 21.

Spiritus S.

25. Cap.

- Media.** 25. *Causam Primam* sequitur *Medius*, quæ dicitur h.l. *Revelatio Divina*, de qua superius egimus, hic addere quicquam non licet.
- Infima.** 26. *Infima*, vel *Oeconomica* Causa sunt *Ministri Dei*, quoad V. T. *Patriarcha*, *Propheta*, cum aliis *Viris sanctis*; quoad N. T. *Evangelista*, cum *Apostolis*, & aliis *Spiritus S. donis exornatis*: sed Gen. III. 20. statim ex *Auditore* factus est *Doctores Adamus*, ex *Discipulo* *Magister*, & *Verbi*, vel *Evangelici Praeconii Minister*.
- Materia ex qua.** 27. *Materia* quoque *Verbi* paucis attingenda. Quoad *rationem ex qua*, *Materia* dicitur *Lex*, v. 8. seq. & *Evangelium*, v. 15. seq. vel etiã *variarum verbi particula*, quæ Gen. III. distincte revelata sunt, & ad verbum totum relata. Quoad *rationem in qua*, *Materia Verbi* dicitur *Subiectum*, nimirum *primum*, *agens*, atque *revelans*, ipse *Jehova Elobim*, qui primum in *mente* Verbum fovebat *ratione sapientia*, mox in *voluntate*, *ratione Decretorum*, volebat, & demum ad *revelationem* in *ore* movebat, ac ineffabili modo, ceu verbum, revelabat. Et *Ortum* recipiens, atque *conservans*, quod est (1) *Adamus*, (2) *Eva*, (3) *Tota protoplastorum posteritas*, siquidem omnium est una *Verbi promulgatio*, pariter una *verbi finalis*, tum *informatio*, tum *obligatio*. Quoad *rationem circa quam*, *Materia* dicitur *Objectum*, quod est, vel *personale*, juxta c. III. *Peccatores*, & potissimum *penitentes*: vel *reale*, quod *veritas* sunt omnia *divinitus revelata*: *salutis cuncta dogmata*, *humanæ reparationi* *divinitus in Theologia* destinata.
- Forma interna.** 28. *Forma Verbi*, juxta *Caput III.* dicitur vel *interna*, nimirum *sensus*, vel *sententia Dei*, Rom. XI. 34. 1. Cor. II. 16. Duo siquidem esse dicuntur in qualibet sive *Rhematologia*, sive *Phrasologia*, nimirum *ipsæ Voces*, & *vocum significationes*; illæ sunt *loco materialis*, dum sapius illæ communes, propter *aggregationes* multis *significationibus*; sed hæc certam, & *formalem determinationem* inferunt. *Sensus* certe *divinus* dat *Esse*, dat *discerni*, dat *operari* *divinum Verbo Dei*, cum alias, quoad *materialē conditionem* possit fieri (1) *Verbum Diaboli* v. 2. (2) *Verbum hominum seducendorum*, ut videre licet in *Exemplo Eva* v. 3. (3) *Verbum aditæ seducendorum*, videlicet *Hereticorum*; (4) *Verbum passive seducendum*, qui videlicet *Hereticis* adherent. (5) *Verbum Hypocritarum* Gen. IV. 8.
- Externa.** 29. *Forma externa* consistit in *externa structura*, quæ variis modis juxta Gen. III. considerari posset, sed id modo facere non licet.
- Finis.** 30. *Finis* est vel *Cui*, nimirum *Homo restaurandus*, *peccator ad penitentiam*, & *salutem deducendus*, v. 8. seqq. Vel *Cujus*, qui vel *subordinatus*, vera *fides*, quam ex verbo consecutus est *Adam*, & *Vita* cum primis *æterna*, v. 10. &c. *Ratione DEI* dicitur *Gloria DEI*, *Gloria Messia* v. 15.

DISPUTATIO ARCHONTOLOGICA THEOLOGICÆ
POSITIVO-ADAMICÆ,
CAP. XII.DE VERBI DEI PROPRIETATIBUS, ET
OPERATIONIBUS.

DISP. XII

Resp.
Christia-
n9 Cissi/
Transyl-
vano.

Naturam Verbi Dei, juxta *Causas*, in Adami Theologia po-
sitiva consideravimus, jam ad *Proprietates* ejus digre-
dimur, cum *proprietates* immediatè Naturam sequan-
tur, & ex eadem progrediantur, ac ad operationes re-
spicere dicantur.

*Proprieta-
tes.*

2. Variæ sunt autem *Proprietates* Verbi Dei, nos, juxta re-
ceptam consuetudinem, eas in duas classes distribuemus, nimi-
rum in *Primarias*, & *Secundarias*, non eque respectu *Dei*, re-
spectu cujus omnia dicuntur esse Summa; neque respectu
Verbi, cum omnia, quæ sunt in Verbo, revera sint divina, ve-
reque *Primaria*: sed respectu *nostri*, cum omnino nostræ con-
siderationis respectu distinctionem aliquam admittant.

Primaria.

3. *Primaria Verbi Dei proprietates* omnium optime secun-
dum *Causas* distribuuntur, & ad eas referuntur. Sicut enim na-
tura Verbi per *Causas* cognoscitur, ita pariter proprietates, ex
natura promanantes, ad causas omnium rectissime referuntur.
Nos etiam in *Adami positiva Theologia* potissimas scrutabimur, vel
ad minimum eas paucis contemplabimur.

4. Ratione *Causæ Efficientis* Adamica Theologia Verbo
Dei tribuit (1) *Veram Divinitatem*, quod vere sit, & mere Verbum
divinum, (a) quia suum ortum habet à Jehova Elohim, DEO
quoad Essentiam Uno, & quoad personas, Trino. (c) quia tan-
tum agit de Deo, rebusque, vel Mysteriis divinis. (d) quia per divi-
nam revelationem vere suum esse divinum accepit. (e) quia ra-
tione finis tendit ad Dei cognitionem, & glorificationem. (f)
quia Textus non semel introducit illud suum Vajomer Jeho-
va Elohim, adeoque Verbum hoc unice Deo tribuit, & sic e-
jus Divinitatem ostendit. (g) quia varios, eosque divinos, effe-
ctus

*R. Effici-
entis.
Divinitas.*

etus ei tribuit. Effectus autem divinus necessario de divinis proprietatibus testimonium luculentum edidit.

Autoritas.

5. (2) *Divinam Autoritatem*, quæ pariter in Adamica Theologia Verbum exornavit (1) à priori, dum *Jehova Elobim* hoc verbum elocutus est, qui citra dubium *autoritate summus*, & dum *Jehova* vocatur, verus *Mos* epa salutatur: Maximam autem *autoritatem* suam manifestaverat Deus in *creaturis formandis*, c. I. in *creaturis exornandis*, & *ordinandis*, c. II. nunc etiam maximam *autoritatem* notificare volebat in *creaturis restaurandis*, & *reformandis*, c. III. sed hæc omnia per Verbum expediverat, & adhuc expediebat per Verbum. Verbum enim est *autoritatis divine Medium*, per quod DEUS infinitam suam autoritatem omnibus creaturis manifestavit, eas à priori producendo, quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creatæ sunt, Psal. XXXIII. 9. illas etiam à *formali conservando*, dum portat omni a verbo virtutis sue, Heb. I. 3. tandem & ipsas à *posteriori gubernando*, cum Verbum Dei sit sceptrum regiminis conformis directionis, Psalm. XLV. 3. Verbum est *autoritatis divine vehiculum*, quod respectu nostri cuncta documenta, vel argumenta, vel axiomata divine Majestatis vehit, & advehit. Est *divine Majestatis signum*, vel *indicium*, quod Axiomata divine Majestatis signat, & intimat, indicat, & omnibus demonstrat. Est *divine Majestatis Symbolum*, quod notat & *Autoritatis* hujus Possessorem, ipsum Deum, cum sit Dei verbum: & *Autoritatis* executorem, dum ipse Deus omnia per verbum exequitur, sicut Psalter inquit Psal. XXIX. 3. Vox Domini super aquas, Deus Majestatis, intonat: Vox Domini in virtute, vox Domini in MAGNIFICENTIA, &c. Verbum est in Paradiso divine Majestatis, & *Autoritatis Organum*, tum respectu serpentis, qui, loquente Domino, statim obmutescere necessum habuit; tum respectu Paradisi totius, quem autoritatis suæ verbo penitus adimplevit: tum respectu ipsi hominis, ejusque restorationis, ad cujus revocationem unum verbum sufficit, Adam: & statim comparere necessum habet: tum respectu processus judicialis, & quoad reum, Hominem seductum, examinandum, & judicandum, & in Messia per absolutionem liberandum; & quoad serpentem condemnandum, ac maledictionibus,

ET OPERATIONIBUS.

91

onibus, tam propriis, quam alienis, videlicet hominum, quos astute per calliditatem suam seduxerat, & nunc seducens, & passive seductorū, maledictiones cumultabant, gestare necessum habebat: & quoad Messiam redemptorem, respectu cuius Dictum factum: Promittitur, & statim suū officium, respectu Protoplastorum exequitur, quemadmodum prolixè demonstrari posset. Auctoritas Verbi magna respectu Microcosmi, qui restauratur verbo: respectu Macrocosmi, qui totus cum omnibus, quæ sunt in cœlis, & in terris, Deo reconciliatur. Col. I. 20.

6. (3) Verbi Dei immediate, quæ deducitur alias ex innumeris Scripturæ locis, ubi Deus immediate locutus est in verbo, cum primis Esa LIX. 21. ex quo loco multa de immediate verbi prodiximus in Theol. Bibl. part. 2. p. 254. seqq. Jehova Elohim Gen. III. locutus est immediate Adamo, v. 9. Evæ, v. 11. serpenti, v. 14. sibi met ipsi, v. 22.

Immediate-
tas.

7. Non autem Efficiens modo Causa proprietates suas Verbo parit, sed etiam Causa Materialis. Sic juxta Theologiam Adamicam Verbo Dei tribuitur [1] Divina Authentia, quæ demonstratur alias ex Deut. XXXI. 23. seq. Hic autem dicimus Avthenticum Autorem Verbu Dei, (1) propter avthenticum principium, quod est Jehova Elohim, cuius verbum non potest esse non avthenticum. [2] propter avthenticam Vocem, quia Vox hæc etiam est Jehovæ Elohim. (3) propter avthenticum Spiritum, quia Spiritus Dei pariter est Avthenticus verbi Dominus. (4) propter avthenticum Eloquentium, quia non per alium, sed per semet ipsum, hoc avthenticum Verbum eloquitur. (5) propter avthenticum obiectum, quod est Messias, cum meritis, & beneficiis suis, quæ Deo soli propria sunt. (6) propter avthenticum modum. (7) propter avthenticum locutionis actum. (8) propter avthenticum scopum. (9) propter avthenticum effectum. (10) propter avthenticum fructum. Quæ singula, juxta Textum, declarari, demonstrariq; possent, si charta talia caperet.

Authenticia

8. (2) Divina Integritas, de qua vid. ex Apoc. XXII. 18. 19. 20. et. tractatio plenior in Theol. Bibl. p. 295. seqq. Nos in Adami Theologia demonstramus Integritatem Verbi Dei (1) ratione Legis, & Evangelii; quia cuncta, quæ Legis, & Evangelii sunt, sufficienter Gen. II.

M 2

& III.

& III. traduntur. (2.) ratione *ὑπόθεσεως*, & *ὑπόστασεως*, quia per hoc verbum sufficientem *ὑπόθεσιν*, quoad doctrinam; & sufficientem *ὑπόστασιν*, vel *ὑπόστασιν*, quoad praxin, Adam habuit. (3.) ratione *fidei*, & *Vite*, quia quoad rem perfectam habuit cognitionem; quoad *ἐκτίσιν*, seu Mesianorum fidem, & perfectam conversationem *vite*. Vid. Disput. de Primis Christianis, Adamo; & Eva, ex Gen. III.

Puritas.

9. (3.) *Scripturae puritas*: Nam Verbum Dei primum fuit purissimum, ab *impuritate* quavis longissime remotum, Gen. I. & II. licet autem per serpentis calliditatem, & novaturientis Evæ facilitatem, maxima sit *impuritas* admisa, donec *Jehova Elobim* mox verbi sui purissimi rationem habuit, à mendacibus *impuritatibus* fordidus illud repurgavit, & pristinam per authenticum suum præconium illi puritatem restituit, tum quoad puritatem verborum, Matt. V. 18. tum quoad puritatem rerum, Psal. XXII. 7. Vid. Theol. Biblic. p. 268.

Universalitas.

10. *Universalitas* etiam Verbi DEI quoad Materiam in qua, vel Subjectum, notanda videtur, quæ passim alias in scriptura Veteris, & Novi Testamenti multis documentis demonstratur, imprimis etiam ex Psal. XLIX. 2. 3. 4. declaratur in Theol. Bibl. p. 273. seqq. Et hæc *Universalitas* satis est certa, quoad *Universum Genus humanum*: (1.) ex divina revelatione, quæ dicitur æqualis respectu hominum omnium. (2.) ex *Adami suppositione*, quia protoplastus Adam stat pro toto genere humano, & est Genus collectivum, vel representativum, dum fons, & origo totius humani generis. (3.) Ex *Adami, & Evæ adæquatione*, quæ colligitur ex Gen. I. 28. & multiplicationis benedictione, quæ totum genus humanum revera complectitur. (4.) ex *verbi Diabolici, & Divini oppositione*: quam late patet mendacium Diabolicum, & vanissima corruptio, tam late quoque patet veriloquium Dei, seu verbum veritatis: Jam omnis homo mendax, Psal. CXVI. Rom. III. Ergo Verbum Veritatis divinæ pariter cunctos obligat.

Perfectio.

11. Quoad Materiam circa quam Objectum notari consuevit, & hujus respectu verbum Dei dicitur perfectissimum. Vid. Act. XX. 16. 17. in Theol. Bibl. d. I. p. 281. Dicitur autem Verbum Dei, quoad Adami Theologiam positivam, perfectum: (1.) quia ratione Deitatis tradit Finem Materialem, ipsum Deum, & formalem

lem

lem, Fruitionem Dei. (2) Quoad ipsam Dei, perfectet radit *Essentiam*, Dei *Essentiam*, quia *Jehova*, Deus unus, & Dei *subsistentiam*, Deus *Trinus*, *Pater*, *Filius*, & *Spiritus Sanctus*. (2) *Ratione Subiecti*, quoad *Hominem*, sic *Anthropologiam* *Adami* *Theologia* tradit, (a) Quoad *Hominis naturam*, respectu *Corporis*, & *Animæ*, Gen. II. 6. (b) *Variam Hominis statum*, cum *perfectiōis*, vel *integritatis*, quoad *Cap. I. & II.* tum *Corruptionis*, vel *Deformitatis*, qui primitus ostenditur in lapsis peccatoribus, *Adamo*, & *Eva*, quoad fieri, quoad esse, & quoad operari: tum *restitutionis*, & *charitatis*, quoad ejus *Restitutionem* in *Messia*, v. 15. seqq. tum *glorificationis* & *claritatis*, quoad *vitam* post *mortem*, v. 19. 20. (3) *Ratione Oeconomias Principiorum*, & *Mediorum salutis*, & sic in hoc *Paradisiaco Verbo* tota *salutis Oeconomia*, quoad *principia*, & *Media*, luculenter, & sufficienter exhibetur, quod ex seqq. apertum erit. Nec *Eschatologia* negligitur, sicut ex v. 19. 20. superius est demonstratum.

12. Accedimus ad *Verbi Dei proprietates*, *ratione Formæ*, quæ *ratione generaliter Dei Verbum* dicitur *Unum*, ex *Philipp. III. 15.* 16. Vid. *Theol. Bibl. d. I. p. 289. seqq. Verum*, *Job. XVII. 17. p. 296. seqq. & Bonum*, *Psal. XLV. 2. p. 301. seqq.* sic etiam *Dei Verbum* in *Adami Theologia* dicitur *unum*, (a) cum sit *Unum* *ratione Principii*, quoad est *Jehova Elohim*, in omnibus unus. (b) *ratione Medii*, quod est una *paradisiaca Dei revelatio*. (c) *ratione fundamenti*, quod, juxta textu, est *Semen mulieris*. (d) *ratione subiecti*, quod est *Homo peccator*. (e) *ratione finis*, & *scopi*, qui dicitur *Vita* v. 20. &c. (f) *Verum*, cum re ipsa sit *verum*, quoad omnes causas, dum (1) *Efficiens* est *Jehova Elohim*, *Deus Veritatis* *NON* *NON* *Pf. XXXI. 6.* [b] *Materialia*, quæ sunt *legales*, & *Evangelicæ veritates*, cum *Mysteria Veritatis* *Adamo* peccatori *proposita* sint. (c) *Forma* consistit in *divina*, *primæque veritate*, cum *Dei Verbum* a se, ex se, in se, per se, propter se *veritas ipsa* sit, & *falsitati Diabolicæ*, tanquam *veritas*, *καὶ δὲ ἀποκρίνεται* opponatur. (d) *Finitis* est *vera Dei Gloria*, *Vera fides*, & *salus* peccatorum. (γ) *Bonum*: tum quia *Bonum*, vel *optimum*, *Deum Autorem* habet; tum quia *bonam Dei voluntatem* de *salute peccatorum* proponit; tum quia *protoplastis* in tanta *miseria* nihil melius, nihil jucundius, nihil utilius contingere potuisset; tum quia *protoplastos*, *peccatores*

Forma.

Unum.

Verum.

Bonum.

Unum.

Verum.

pestimos, in bonos Dei filios, bonos Ecclesie cives, bonos vite presentis practicos, vel optimos regni celorum possessores, arte quadam admiranda convertit.

Perpicuum. 13. *Proprietates etiam speciales, ratione Forme, DEi verbo tribuuntur:* (1) *Perpicuitas*, ex II. Cor. IV. 1. seqq. p. 305. (2) *Firmitas*, II. Pet. I. 19. p. 325. (3) *Fidelitas*, I. Tim. I. 15. p. 331. Quod *Dei Perpicuum* in *Adami Theologia* fuerit *Perpicuum*, facile probatur: (1) *ex causa verbi*, quae dicitur Jehova Elohim, Deus veritatis, Deus perpicuitatis, Deus omnis luminis, Jacob. I. 17. meri luminis, Psal. XXXVI. 10. (2) *ex nomenclatura Oeconomi*, qui vocatur Spiritus Dei. (3) *ex natura Verbi*, quod in se lux, lumen, & lucerna, Psal. CXIX. 105. Prov. VI. 23. II. Pet. I. v. 19. (4) *ex seu subjecti*, quod in statu corruptionis habebat, nihil luminis habebat, veras tenebras fovebat, & medium illuminationis penetran-
tissimum requirebat. (5) *ex Effectu*, quia Dei verbum hoc tenebrico-
sum subjectum confestim illuminabat, & in vita, lucisque Theolo-
gia Professore commutabat v. 29.

Firmum.

14. Sic etiam in *Adami Theologia* verbum maximè firmum erat: (1) quia Semen Mulieris, tanquam Messiam ipsum, firma-
bat. (2) quia regni gratiae fundamenta firmissime collocabat. (3) quia peccatorem fugientem, & ad latebras se recipientem, firma vel per-
fusione, vel operatione, revocabat. (4) quia veram spirituales firmitatem eidem conciliabat. (5) quia per Verbum
firmissime coram Deo stabat. (6) quia per verbum, & veram, & firmam fidem, Adam impetrabat, & firmiter conservabat.

Fidele.

15. Denique pariter Dei Verbum maximè fidelitatis erat: (1) quia manifestabat Fidelem Patrem, Deum in Paradiso deambu-
lantem, & creaturas fidei providentia gubernantem. (2) quia
revelabat Messiam, fidelem Pontificem, Heb. VII. 2. c. II. 17. (3) quia nobis ostendit Spiritum Dei, fidelem Oeconomum in Do-
mo Patris, fidelem Advocatum, & Paracletum omnium elen-
tum, Joh. XIV. 16. 26. (4) quia fidei Patris coelestis decreta pate-
faciebat. (5) quia fidelia coelestis Davidis officia, & beneficia pro-
toplastis, aperiebat, (6) quia fideliter omne Consilium salutis pro-
toplastis, & cunctis posteris, exponebat, &c.

16. De-

16. Denique subijcimus *Verbi proprietates ratione finis*, quales sunt: (1) *Potestas interpretandi*, secundum quam sui dicitur interpret, ex Luc. XXIV. 44. 45. Vid. Theol. Bibl. d. II. p. 337. seq. (2) *Potestas normandi*, secundum quam & semet ipsum, & alia quavis normat. Vid. p. 346. ex Galat. VI. 15. (3) *Potestas iudicandi*, Heb. IV. 12. Vid. p. 353. (4) *Potestas operandi* ex Rom. I. 16.

Find.

17. *Dei Verbum in Adami Theologia realiter habuit* (1) *Fore-
statem interpretandi*: (a) quia Deus est summus, & adequatus
Interpres, qui statim verbis suis omnem interpretationem in-
ferit. [b] quia Verbum ipsum est primum interpretationem in-
ferendi principium, quo nec prius, nec melius dari potest. [c]
quia licet antea serpentis interpretationem admiserat, tamen hoc
suo maximo cum damno fecerat, nunc autem solum Dei Ver-
bum interpretem eligebat, & retinebat, nec ullum alium In-
terpretem amplius audire volebat. [d] quia sicut dictum factum,
sic & dictum hoc intellectu etiam, & nullius interpretationis indigum
(e) quia nec Adam, nec Eva, vel à Deo, vel à sanctis Angelis, vel
à Cacodamone, verbiqvandam interpretationem exspectabant,
sed ab ipso Verbo, sui semper interpretativo, sensum, & intelli-
gentiam obtinebant.

Potestas
Interpre-
tandi.

18: *Potestas normandi quoque Verbo Dei, quoad Adamicam Normam Theologiam, compete-
bat: (1) quia est Norma sui Verbum, neque
tanquam principium primum aliunde normandi beneficium
expectare potest. (2) quia legis instar est, cum sit Dei Verbum;
lex autem vere dicitur norma. (3) quia normat omnem doctrinā
de Deo, de Theologia subiecto, Homine nec Messia, de cunctis
ejus officiis & beneficiis. (4) quia normat protoplastos, & omnes
posteriores. (5) quia normat serpentem, & omne mendacium ejus,
normat tenebras, & lucem, errores, & errantes omnes hæreticos,
Cainas, & alios.*

form in =
dis.

19. *Potestas judicandi* vere quoque Verbo Dei, juxta Theologiam Adamicam, tribuitur: (1) quoad *judicium positivum*, dum vere judicat, quoniam positiones sint recipiendæ, vel juxta divinam revelationem ad Theologiam referendæ. (2) quoad *judicium discretivum*, dum verum à falso, veritatem à mendacio, bonum à malo, juxta criticam Verbi naturam, Heb. IV. 12. discernit. (3) quoad

Judicandi.

quoad *judicium nomotheticum*, quod severe satis adversus protoplastos peccatores adornatur, & interius, v. 6. & 7. & exterius ab ipso Deo v. 8. seqq. (4) quoad *judicii executionem*, dum maledictionis fulmen serpenti, tum naturali, tum infernali, potenter infligitur. (5) quoad *Judicium absolutorium*, respectu Protoplastorum. (6) quoad *judicium vicarium*, dum omne judicium Semini mulieris vicario jure quodam imponitur. (7) quoad *judicium continuum*, inter partes militantes, v. 15. (8.) quoad *judicium pædemptivum*, in judicio crucis, & afflictionis, v. 6. seqq. (9) quoad *judicium mortis*, (10) quoad *judicium pœnitentiale*, vel *metanœoticum*, v. 22. &c.

Operandi.

20. Potestas *operandi* quoq; Verbo, quoad Adamicam Theologiam, denegari non potest, cum in textu deprehendamus Vim operandi (1) *Veram*, (2) *propriam*, (3) *nativam*, (4) *internam*, (5) *quidditativam*, (6) *absolutam*, (7) *realem*, (8) *formalem*, (9) *causalem*, (10) *spiritualem*, & *salutarem*, &c. Quæ singula multis explicare, promptissimum foret.

21. Neq; multa de *Secundariis Verbi proprietatibus* ex Adami Theologia colligere nunc possum. De *Verbi Necessitate*, ex *Luc. X. 42. p. 369.* de *Æternitate*, vel perennitate, ex *Mate. V. 18. p. 377.* de *jucunditate*, ex *Ps. l. XIX. v. 8. 9. 10. 11. p. 385.* de *Utilitate*, ex *Esa. XLII. 16. 17. 18. 19.* pluribus egimus in Theologia Biblica: sed hic in *Adamica Theologia* saltem breviter has proprietates allegamus, quas prolixè juxta textum deducere possemus. Verbum Dei maxime Protoplastis fuit *necessarium*, necessitate præcepti, medii, ordinis, divinitus instituti, subjecti, objecti, quoad secretissima mysteria, scopi, effecti, &c.

Necessarium.

Jucundum

22. *Jucundum* fuit Dei Verbum: (1) quoad *regnum potentia*, cujus facta reconciliatio *Col. I. 20.* (2) quoad *regnum gratia*, cujus facta fundatio. (3) quoad *regnum gloria*, cujus facta promissio. Deinde *jucundum* hoc verbum fuit (1) *peccatorum animabus*, (2) *mentibus*, (3) *affectibus*, (4) *desideriis*, (5) *amoribus*, (6) *oculis*, (7) *auribus*, (8) *Linguis*, (9) *sermonibus*, (10) *operibus*, &c.

Æternum.

23. *Æternum* dicitur hoc Verbum (1) *ratione Dei*, (2) *ratione æterni mysterii*, (3) *ratione æterni regni*, (4) *ratione æterni fundamenti*, *Messiae*, (6) *ratione æterni præcepti seculi*, (7) *ratione proprii*, (8) *ratione æternæ viæ*, (9) *Justitiæ*, (10) *gloria*.

Utilissimum.

24. *Utilitas* hujus Verbi tot habet in Adami Theologia tum *argumenta*, tum *documenta*, tum *adjumenta*, tum *monumenta*, tum *nutrimenta*, tum *complementa*.

25. Nunc etiam peculiare Caput de *Verbi Dei pulcherrimis, & fructuosissimis operationibus* addere deberemus, sed vela contrahimus, cum in tota Protoplastorum Theologia nihil aliud inveniatur, quam continua series saluberrimarum operationum, quarum *Caput. III. Geneseos* verissimum *Promtuarium* est, sicut in *Paradiso* non semel distinctis *Disputationibus* evidenter est demonstratum.